

oo
the
oo
a

M. Chr. Gottfried Müller
anno 1766 xxv.

Cic de finibus 2. 22. Officū fructus est ipsius officium.

L 56.

Chr. Niemeyer

SENECA

CHRISTIANVS

Ad Exemplar Campidouense;

ET

ACCESSERVNT APOPHTHEGMATA

EX

MARCI AVRELII ANTONINI

L I B R I S

T O N E I S E A Y T O N .



AVGVSTAE TREVIORVM
TYPIS ESCHERMANNIANIS.
cclccclxviii.

Licetis Amiciss

TOLLE, LEGE
CHRISTIANE:
ET
ERVBESCE.

L 37

SYLLABVS CAPITVM
SENECAE CHRISTIANI.

Cap.	Pag.
I. De ferventi emendatione totius vitæ nostræ	1
II. De amore solitudinis, et silentii.	2
III. De meditatione mortis	5
IV. De utilitate aduersitatis.	7
V. Contra vanam, et secularem scienciam.	11
VI. De cognitione sui.	15
VII. De examine conscientiæ quotidiano.	17
VIII. De inordinatis affectionibus suprandis.	19
VIII. Quo modo cum omnibus pax, et amicitia conseruanda sit.	23
X. De consideratione humanæ misericordiæ.	24
XI. De familiaritate probrum aliquatenus, malorum fugienda.	26
XII. De abnegatione sui.	32

III SYLABVS CAPITVM SENECAE CHRISTIANI.

XIII. De contemplatione rerum cœlestium.	35
XIII. De constantia in aduersis.	37
XV. De breuitate vitæ.	40
XVI. De desiderio æternæ beatitudinis, et huius vitæ angustiis.	44
XVII. De indifferentia animi tam in prosperis, quam aduersis.	49
XVIII. De non adtrahendo sibi res exte- riores.	52
XVIII. De pace interna adquirenda.	54
XX. Virtus sola in hac vita beatum reddit.	56
XXI. De tempore utiliter transfigendo.	63
XXII. Iracundiae vitium quo modo ex- sirpandum.	66
XXIII. Quod vera paupertas magnorum- bonorum parens sit.	72
XXIII. De vitæ huius miseriis, ac æruminis.	78
XXV. De Cœcitate eorum, qui vitam vo- luptatibus transfigunt.	81
XXVI. Quod homo sola ratione omnibus creatis præfet.	86
XXVII. De eminentia liberæ mentis vir- tutibus excultæ.	89

SYLLABVS CAPITVM SENECAE CHRISTIANI. V

XXVIII. <i>Auaritia præcipitari homines in plurima flagitia.</i>	94
XXVIII. <i>Quod homines magni ducant res viles.</i>	97
XXX. <i>Quod sapiens totius mundi sit do- minus.</i>	100
XXXI. <i>Pulchritudine animi Corpus ex- ornari.</i>	102
XXXII. <i>Quod vana hominum de nobis iudicia contemnda sint.</i>	104
XXXIII. <i>De abominando ebrietatis vitio.</i>	107
XXXIII. <i>Animi imperio; corporis serui- tio stendum.</i>	110
XXXV. <i>Profectum nostrum in aduersi- tatis crescere debere.</i>	112
XXXVI. <i>Vitiosos homines humanam na- turam exuere.</i>	114
XXXVII. <i>In quo consistat vera hominis felicitas.</i>	119
XXXVIII. <i>Vitia serio tollenda, antequam mors obruat.</i>	121

¶ ¶ ¶

M. A. ANTONINI.

Cap. I. De Deo optimo maximo. . .	pag. 123
II. De vita naturæ conuenienter insti- tuenda.	126
III. De æquo animo in huius vitæ casi- bus habendo.	128
III. De coercendis prauis affectibus.	131
V. De amore et cura erga alios habenda.	133
VI. De sufferendis prauorum moribus.	135
VII. De rerum humanarum vanitate.	138
VIII. De meditatione mortis.	141

E R R A T A.

Pag.	lin.	13	longe	lege	longa
33		4	curatur		curetur.
37		13	æqualeo		equaleo
39		13	Mirari		Miraris
40		6	cum		quum
41		20	leuandus		leuandas
49		10	opportet		oportet
58		3	gennis		gennis
61		3	constituit		consiliterit
79		10	phtysis		phtisis
82		18	cum		quum
84		9	adferetur		adferatur
91		2	inuenties		inuenies
93		8	tamen		tamen
99		3	satisfaciet		satisfaciat
107		4	faciant		faciunt
ioid.		5	erubescant		erubescunt
121		6	quod		quid

CAPVT.



CAPVT I.

DE FERVENTI EMENDATIO- NE TOTIVS VITAE NOSTRAE.



Quid prodest mare traiice. *Epi. CIII.*
re, et vrbes mutare? Si
vis ista, quibus vrgeris,
effugere; non alibi sis oportet,
sed alias. Quid ad rem pertinet,
quos (locus peregrinus) mores
habeat? tuos adferes; neque me-
liorem faciet, neque saniorem:
medicina ægro, non regio quæ-
renda est. Fregit aliquis crus, aut
extorsit articulum; non vehicu-

A lum

lum nauemque conseedit; sed
aduocat medicum, vt fracta pars
iungatur, vt luxata in locum re-
ponatur. Quid ergo animum tot
locis fractum et extortum, credis
locorum mutatione posse sanari?
Tamdiu ista vrgebunt mala, quam-
diu malorum gestaueris caussas.
Te igitur emenda, onera tibi de-
trahe, et desideria.

CAPVX IX.

DE AMORE SOLITUDINIS
ET SILENTII.

*Lib. de vita
beata Cap. I.* **N**ulla res nos maioribus malis
implicat, quam quod ad rumo-
rem componimur. Alienis peri-
mus exemplis. Sanabimur, si
Epiſt. VII. modo separemur a cœtu. Quid
tibi præcipue vitarum existi-
mem,

mem, quæris? turbam. Argu- *Lib. de vita
beat. Cap. II.
Epis. VII.*
 mentum pessimi turba est. Ego
 certe confiteor imbecillitatem
 meam; nunquam mores, quos
 extuli, refero; aliquid ex eo, quod
 composui, turbatur; aliquid ex
 his, quæ fugaui, redit. Inimi-
 ca est multorum conuersatio. Ne-
 mo non aliquod nobis vitium aut
 commendat, aut imprimet, aut
 nescientibus adlinit: vtique quo
 maior est populus, cui commisce-
 mur, hoc periculi plus est; am-
 bitiosior redeo, immo vero inhuma-
 nior, quia inter homines fui,
 necesse est aut imiteris, aut ode-
 ris. Vtrumque autem deuitan-
 dum est: ne vel similis malis fias,
 quia multi sunt, neve inimicus
 multis, quia dissimiles sunt. Re-
 cede in te ipsum quantum potes.

A 2 Nihil

Epiſ. CV. Nihil æque proderit, quam quiescere, et minimum cum aliis loqui; plurimum secum. Est quædam dulcedo sermonis, quæ irrepit et blanditur, et non aliter, quam ebrietas aut amor secretum prodit.

Epiſ. CIII. Ab homine homini quotidianum periculum; aduersus hoc te expedi: nullum enim malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tempeſtas minatur, antequam surgat; crepanτ ædificia, antequam corruant; prænuntiat fulmus incendium; subita est ex homine pernicies, et eo diligentius tegitur, quo propius accedit.

Epiſ. XXXX. Summa ergo summarum hæc est: tardiloquum te esse iubeo.

CA-

CAPVT XIII.**DE MEDITATIONE MORTIS.**

Viuere tota vita discendum est, et Lib. de Bre-
vitate vitæ
Cap. VII. quod magis fortasse miraberis, tota vita discendum est mori. Tot maximi viri, relictis omnibus impedimentis quum diuitiis, officiis, voluptatibus renuntiassent, hoc vnum in extremam vsque ætatem egerunt; plures tamen ex iis nondum se scire confessi, e vita abierunt. Magna res est hæc, et Epi. XXX. diu discenda, quum aduentat hora illa ineuitabilis, æquo animo abire. Viuere noluit, qui mori non vult; vita enim cum exceptione mortis data est: ad hanc itur, quam ideo timere dementis est, quia certa exspectantur, dubia metuuntur. Mors necessitatem habet

A 3 æquam

sequam et iniuctam. Quis queri
 potest in ea conditione se esse, in
 qua nemo non est ? tu tamen
 mortem ut nunquam timeas, sem-
 Epi. LXX. per exspecta. Portus est aliquan-
 do petendus, nunquam recusan-
 dus. In quem si quis intra pri-
 mos annos delatus est, non magis
 queri debet, quam qui cito nau-
 gavit ; Alium enim venti segnes
 ludunt ac detinent, et tranquillita-
 tis lentissimo tardio lassant ; alium
 pertinax status celerrime perfert.
 Idem euenire nobis pura , alios
 vita velocissime adduxit, quo ve-
 niendum erat etiam cunctantibus :
 alios macerauit et coxit. Vis ad-
 uersus hoc corpus liber esse ? tan-
 quam migraturus habita : propone
 tibi quandoque hoc contubernio
 earendum, Fortior eris ad ne-
 ces-

cessitatem exeundi ; nullius rei
meditatio tam necessaria est.

CAPUT XXX.

DE UTILITATE ADVER- SITATIS.

Quare multa bonis viris aduersa *lib. de pron.*
eueniunt? nihil accidere bono viro
Cap. II. mali potest, omnia aduersa exercitationes putat; marcescet sine aduersario virtus; tunc adparet, quanta sit, quantumque valeat pollearque, quum quid possit, patientia ostendit. Non vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? illi excitari iubent liberos ad studia obeunda mature, ferriatis quoque diebus non patiuntur esse otiosos, et sudorem illis et interdum lacrimas excutiunt. Pa-

A 4 trium

trium habet Deus aduersus bonos
viros animum, et illos fortiter
amat et operibus, inquit, dolori-
bus ac damnis exagitentur, vt ve-

Lib. de pro- rum colligant robur. Nihil mi-

vid. Cap. III

hi videtur infelicius eo, cui nihil
vnquam euenit aduersi. Quanto
plus tormenti, plus erit gloriæ.

cod. lib. Cap.

III.

Calamitas virtutis occasio est. Hos
itaque Deus quos probat, quos
amat, indurat, recognoscit, exer-
cet: eos autem, quibus indulgere
videtur, quibus parcere, molles-
venturis malis seruat. Quare

Deus optimum quemque aut ma-
la valetudine, aut aliis commodis
adficit? quare in castris quoque
periculosa fortissimis imperantur?

Dux lectissimos mittit, qui noctur-
nis hostes adgrediantur insidiis, aut
explorent iter, aut præsidium loco

deii-

deiciant. Nemo eorum, qui
exeunt, dicit: male de me Im-
perator meruit, sed: bene iudi-
cauit: idem dicant, quicunque
iubentur pati: digni visi sumus
Deo, in quibus experiretur, quan-
tum humana natura posset pati.
quid mirum, si dure generosos
spiritus Deus tentat? contem-
tum periculorum adsiduitas peri-
clitandi dabit: sic sunt nauticis cor-
pora ferendo mari dura, agricolis
manus tritæ, ad excutienda tela mi-
litares lacerti valent. Non est ar-
bor solida nec fortis, nisi in quam
frequens ventus incursat: ipsa
enim vexatione constringitur, et
radices certius figit. Non potest *Epiſt. XIII.*
athleta magnos spiritus ad certa-
men adferre, qui nunquam fu-
gillatus est: ille qui fudit sanguin-

A 5 nem

nem suum, cuius dentes crepue-
runt sub pugno, ille qui supplan-
tatus aduersarium toto tulit corpo-
re, nec proiecit animum proiec-
tus, qui quoties cecidit, contuma-
cior resurrexit, cum magna spe

*Lib. de pro-
vid. Cap. VI.* descendit ad pugnam. Puta ita-
que Deum dicere: quid habetis,
quod de me queri possitis vos,
quibus recta placuerunt? aliis bona
falsa circumdedi, auro illos argen-
to et ebore adornaui, intus boni
nihil est: isti quos pro felicibus
adspicitis, miseri sunt, sordidi,
turpes, ad similitudinem parie-
tum suorum extrinsecus culti: vo-
bis dedi bona certa mansura: quan-
to magis versaueritis, & vndique
inspexeritis, meliora, maioraque
permisi vobis, metuenda con-
temnere, cupienda fastidire. Non
fulge-

fulgetis extrinsecus: bona vestræ
introrsus obuersa sunt,

C A P V T V.

**CONTRA VANAM, ET SECV-
LAREM SCIENTIAM.**

Quidam de liberalibus studiis *Ep. LXXX.*
quærendum iudicauerunt, an vi-
rum bonum facerent, nec hu-
ius rei scientiam adfessant. Gram-
maticus circa curam sermonis
versatur, et si latius euagari
vult, circa Historias: iam vt lon-
gissime fines suos proferat, circa
Carmina: quid horum ad virtu-
tem viam sternit? quid ex his cupi-
ditatem eximit? libidinem frœnat?
ad Geometriam transeamus, et ad
Musicam: nihil apud illas inuenies,
quod

quod vetet timere , vetet cupere.
Quæres Vlisses vbi errauerit potius
quam efficias ne nos semper erre-
mus. Non vacat audire , vtrum
inter Italiam & Siciliam iactatus
sit ; tempestates animi nos quo-
tidie iactant , et nequitia in omnia
Vlissis mala impellit : non deest for-
ma quæ sollicitet oculos , non ho-
stis : hinc monstra effera , et hu-
mano cruento gaudentia : hinc insi-
diosa blandimenta aurium : hinc
naufragia et tot varietates malo-
rum. Quid inquiris , an Penelo-
pe impudica fuerit ? docce me
quid sit pudicitia , et quantum
in ea bonum. Ad Musicam tran-
seo , doces me , quomodo inter
se acutæ et graues voces conso-
nent , quomodo numerorum dis-
parem reddentium sonum fiat con-
cordia.

cordia. Fac potius, quomodo
animus meus secum consonet.
Monstras mihi, qui sint modi
flebiles: monstra potius, quomo-
do inter aduersa non emittam fle-
bilem vocem. Metiri me geo-
metres docet latifundia: potius
doceat, quomodo metiar, quan-
tum homini sit satis. Numerare
docet me Arithmeticā, et auari-
tiae commendare digitos; potius
doceat, nihil ad rem pertinere
istas computationes, non esse fe-
liciorem, cuius patrimonium ta-
bularios lassat, immo quam su-
peruacanea possideat, qui infeli-
cissimus futurus est, si quantum
habeat, per se computare cogatur.
Quid mihi prodest scire agellum
in partes diuidere, si nescio cum
fratre diuidere? quid prodest col-
ligere

ligere subtiliter pedes iugeri, et comprehendere etiam, si quid decempedam effugit; si tristem me facit vicinus potens? doces me quomodo nihil perdam ex finibus meis? at ego discere volo, quomodo totos hilaris amittam. Paterno agro, inquis, et materno expellor: Quid, ante auum tuum quis istum agrum tenuit? non dominus isto, sed colonus intraisti. Cuius colonus es? si

Ep. LXXXIX bene tecum agitur, heredis. Ne
LXXXVIII gant iurisconsulti quidquam publicum vsucapi: publicum est hoc, quod tenes, et quidem generis humani. O egregiam artem! scis rotunda metiri, in quadratum redigis, quamcunque acceperis formam, nihil est, quod in mensuram tuam non cadat. Si artifex

ES,

es, metire hominis animum, die
quam magnus sit, quam pusillus
sit. Scis quæ recta sit linea, quid
tibi prodest, si quid in vita rec-
tum sit, ignoras. Solæ artes li-
berales sunt, immo (vt dicam
verius) liberæ, quibus curæ vir-
tus est: res tradit non verba:
nescio, an certior memoria sit,
quæ nullum extra se subsidium
habet. Tota rerum natura um-
bra est, aut inanis, aut fallax.

CAPVT VI.

DE COGNITIONE SVI.

Si perpendere te voles, intus te Ep. LXXX.
ipse considera. Equum emturus
iubes solui stratum, detrahis vesti-
menta venalibus, ne qua vitia
corporis lateant, hominem, in-
uolu-

uolutum æstimas ? vides illum
in signi capitis decorum ? si vis il-
lum æstimare , totumque scire,
qualis sit, fasciam solue , multum

Ep. LVIII. mali sub illa latet. Illud præci-
pue impedit, quod cito nobis pla-
cemus : si inuenimus, qui nos
bonos viros dicat, qui prudentes,
qui sanctos, agnoscimus, quum
sciamus illos saepe mentiri: se-
quitur itaque, ut ideo mutari noli-
mus, quia nos optimos esse cre-
dimus. Alexander quum iam in
India vagaretur, et gentes bello
vastaret, in obsidione cuiusdam
vrbis sagitta iectus diu persedere,
et incepta agere, perseverauit ;
deinde quum dolor cresceret coac-
tus absisteret, omnes, inquit, in-
rant me Iouis esse filium, sed vul-
nus hoc hominem esse me clamat.

Idem

Idem nos faciamus: quum adulatio infatuat, dicamus: vos qui-
dem me dicitis prudentem esse,
ego autem video, quam multa
inutilia concupiscam, nocitura
optem. Rem dicam: bona con-
scientia (*testis est*) o te miserum,
si contemnis hunc testem.

*Epi. 33.
XXXIII.*

CAPUT VII.
DE
EXAMINE CONSCIENTIAE
QUOTIDIANO.

Animus quotidie ad reddendam rationem vocandus est. Vt or
hac potestate et quotidie apud me caussam dico. Quum sublatum e conspectu lumen est, totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior: quod hodie

*Lib. III. de
irâ Capit.
XXXVI.*

B malum

malum tuum sanasti? cui vitio ob-
stitisti? qua parte melior es? Ni-
hil mihi ipse abscondo, nihil tran-
seo: quare enim quidquam ex
erroribus meis timeam? quum
possim dicere: vide ne istud am-
plius facias, nunc tibi ignosco.
Quid ergo pulchrius hac consue-
tudine excutiendi totum diem?
qualis ille somnus post recognitio-
nem sui sequitur? quam tran-
quillus ac liber? quum aut lau-
datus est animus aut admonitus:
moderatior fit, qui sciet, sibi
quotidie ad iudicem esse venien-
dum.

CA-

C A P V T VII .
D E I N O R D I N A T I S A D F E C -
T I O N I B V S S V P E R A N D I S .

Imbecillis est primo omnis adfec- *Ep. CXVI.*
 tus: non obtinebis ut desinat, si
 incipere permiseris: deinde ipse
 se concitat, et vires dum proce-
 dit, parat: excluditur facilius quam
 expellitur. Quis neget omnes
 adfectus a quodam quasi naturali
 fluere principio? curam nobis no-
 stri natura mandauit: sed huic,
 ubi nimium indulseris, vitium
 est. Voluptatem natura necessa-
 riis rebus admiscauit, non ut illam
 peteremus, sed ut ea sine quibus
 non possumus viuere, graviora
 nobis illius faceret accessio: si
 suo veniat iure, luxuria est. Ergo
 intrantibus resistamus: quia fac-

B 2 lius

lius non recipiuntur , quam ex-
eunt. Quantum possumus nos,
a lubrico recedamus : in sicco
quoque parum fortiter stamus.
Occures hoc loco mihi illa publi-
ca voce : Homunciones sumus,
omnia nobis negare non possu-
mus : concupiscemus, sed tempe-
rate: immo aliud est in re: vitia
nostra , quia amamus , defendi-
mus , et malumus excusare illa,
quam exutere: vires nostras col-
ligamus, ac totas pro nobis, certe
non contra nos concitemus : nolle
in caussa est: non posse prætendi-

Epiſt. L. tur. Omnes præoccupati sumus,
virtutes discere, vitia dediscere:
sed eo maiore animo ad emenda-
tionem nostri debemus accedere.

Epiſt. LI. Irritamenta vitiorum quam longif-
sime fugiamus. Indurandus est
animus

animus et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus: nobis quoque militandum est: et quidem genere militiae, quo nunquam quies, nunquam otium datur: persecutore vitia sine modo, sine fine; nam illis quoque nec finis est, nec modulus. Proice quaecunque cor tuum laniant: quæ si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis euellendum erat: voluptates præcipue inuisissimas habe latronum more, quos Philetas Aegyptii vocant, in hoc nos amplectuntur, ut strangulent: si voluptati cessero, *Epiſt. LII.* cedendum est dolori. Hoc durum et laboriosum ingenium nobis datum scias licet: *imus per obſtantia.* Itaque pugnemus, aliquorum inuocemus auxilium.

B 3 Qui

Qui deponere vult desideria rerum
omnium, quarum cupiditate fla-
grauit, et oculos et aures ab his,
quæ reliquit, auertat: cito rebel-
lat adfectus, quocunque se verterit,
premium aliquod præsens occupa-
tionis suæ adspiciet. Avaritia pe-
cuniam promittit; luxuria multas
et varias voluptates; ambitio pur-
puram et plausum; mercede te
vitia sollicitant; hic tibi gratis vi-
uendum est; vix effici toto se-
culo potest, ut vitia tam longe

Ep. LXXV. licentia tumida subigantur, et
iugum accipient: inæstimabile
bonum est: suum fieri.

CA-

CAPUT VXXX.
QVOMODO CVM OMNIBVS
PAX ET AMICITIA CON-
SERVANDA SIT.

Consortium rerum omnium inter nos facit amicitia. Nec potest quisquam beate degere , qui se tantum intuetur : qui omnia ad vtilitates suas conuertit : alteri viuas oportet , si vis tibi viuere. Hæc societas diligenter , et sancte obseruanda est, quæ iudicat esse aliquid commune ius generis humani: plurimum ad illam quoque interiorem societatem amicitiae collendam proficit. Quemadmo-

*Epist.
XLVIII.*

Ep. XLVII.

dum stultus est, qui equum empurus, non ipsum inspicit, sed stratum eius, ac frœnos: sic stultissimus est, qui omnia aut

ex veste, aut ex conditione, quæ
vestis modo nobis circumdata est,
æstimat. Seruus est? sed fortal-
se liber animo; seruus est? hoc
illi nocebit? ostende quis non sit.

^{Epiſt. XXXXVII.} Hæc præcepti mei summa est: sic
cum inferiore viuas, quemad-
modum tecum superiorem velis
vivere.

CAPVT X. DE CONSIDERATIONE HV- MANAE MISERIAE.

^{Epiſt. CII.} Quid ista sic diligis quasi tua?
alia origo nos expectat, aliis re-
rum status. Proinde intrepidus
horam illam decretoriam prospice:
quidquid circa te iacet re-
rum, tanquam hospitalis loci far-
cias exspecta: transeundum est:
excudit redeuntem natura, sicut
intran-

intrantem. Quisquis exit in lucem, iussus est lacte et panno esse contentus: non licet plus efferre quam intuleris: detrahentur tibi haec circumiecta, nouissimum velamentum tui, cutis: detrahetur caro et suffusus sanguis, discurrensque per totum: detrahentur ossa, neruique firmamenta fluidorum ac labentium. Dies iste, quem tanquam extremum resormidas, æterni natalis est: gemis, ploras, et hoc ipsum flere nascentis est. Quid contristaris? ita solet fieri: pereunt semper vela menta nascentium: ictis opertus es; veniet, qui te reuelet dies, et ex contubernio foedi atque olli di ventris educat; iam hinc altius aliquid sublimiusque meditare: aliquando tibi caligo ista discutie-

B 5 tur:

tur: nulla serenum umbra turbabit: æqualiter splendebit omne cceli latus: dies et nox aëris infimi vices sunt. Tunc in tenebris vixisse te dices, quum totam lucem totus adspexeris: quid tibi videbitur diuina lux, quum illam suo loco videris? Hæc cogitatio nihil sordidum animo subsidere finit, nihil humile, nihil crudele: qui æternitatem mente concepit, nullos horret exercitus, non terretur tuba, nullis ad timorem minis agitur.

CAPVT XX.

DE FAMILIARITATE PROBORVM ADPETENDA, MALORVM FVGIENDA.

Ep. CVIII. Profunt inter se boni: exercent enim virtutes, & sapientiam in suo

suo statu continent. Desiderat
vterque aliquem, cum quo con-
ferat, cum quo quærat. Peritos
luctandi usus exercet: musicum,
qui paria didicit, monet. Opus
est et sapienti, agitatione virtu-
tum. Malus malo nocet: facit
peiores iram, metum incitando,
voluptates laudando: et tunc ma-
xime laborant mali, vbi plurimum
vitia miscuere, et in unum collata
nequitia est: ergo ex contrario,
bonus bono proderit. Quomo-
do inquis? ex conspectu mutua
tranquillitatis crescat utriusque
lætitia: præterea secundum natu-
ram est, amicorum actu ut sua
proprioque lætari; nam nisi hoc
fecerimus, nec virtus quidem
nobis permanebit, quæ in exer-
cendo se usu valet: virtus autem
suerit

suadet in futurum consulere, de-
 liberare et intendere animum:
 facilius intendet, explicabitque,
 qui aliquem sibi adsumserit. Quæ-
 rit itaque aut perfectum virum
 aut proficiētēm, vicinumque per-
 fecto. Aiunt homines plus in
 alieno negotio videre, quam in
 suo: quædam sunt, quæ etiam
 sapientes in alio, quam in se dili-
 gentius vident. Præterea illud,
 quod dulcissimum honestissimum-
 que est, idem velle atque idem
 nolle, sapiens sapienti præstabit.
 Egregium opus pari iugo ducet:
 quin etiam vel occursus ipse sa-
 pientium iuuat: et est aliquid,
 quod ex magno viro vel tacente
 proficias: nec tibi facile dixerim,
 quemadmodum prospicit, sicut illud
 intelligam profuisse. Minuta
 quædam

quædam animalia quium mordent,
 non sentiuntur, adeo tenuis illis,
 et fallens in periculum vis est: tu-
 mor indicat morsum, et in ipso
 tumore nullum vulnus adparet.
 Idem tibi in conuersatione viro-
 rum sapientium eueniet; non de-
 prehendes, quemadmodum, aut
 quando tibi profit: profuisse de-
 prehendes: nunquam enim boni
 opera inutilis est: nunquam enim, *lib. de Tran-*
quamuis obscura virtus latet, sed *quill. cap. II.*
mittit sui signa. Quid est ergo, Epist. III.
 quare, vlla verba coram amico
 retraham? quid est, quare me
 coram illo non putem solum?
 quidam, quæ tantum amicis com-
 mittenda sunt, obviis narrant, et
 in quaslibet aures, quidquid illos
 vrit, exonerant: quidam rursus
 etiam carissimorum conscientiam
 refor-

midant, et si possent, ne sibi qui-
dem credituri, interius premunt
omne secretum. Neutrum facien-
dum est, vtrumque enim vitium
est, et omnibus credere et nulli:

De Tran-
quill. animi
Capit. I. Quantum bonum est, vbi sunt
præparata pectora, in quæ tuto
secretum omne descendat? quo-
rum conscientiam minus quam
tuam timeas? quorum sermo sol-
licitudinem leniat, sententia consi-
lium expediat, hilaritas tristitiam
dissipet, conspectus ipse delebet?
(quos tamen) quantum fieri pote-
rit, vacuos a cupiditatibus elige-

Ep. CXXIII mus. Sunt quidam, qui vitia
gestant. Horum sermo multum
nocet: nam etiamsi non statim
officit; semina in animo relinquit,
sequiturque nos etiam, quum ab
illis discesserimus, resurreeturum
postea

postea malum. Quemadmodum,
qui audierunt symphoniam, fe-
runt secum in auribus modulatio-
nem illam, ac dulcedinem cantus,
quæ cogitationes impedit, nec ad
seria patitur intendi : sic praua
laudantium sermo diutius hæret,
quam auditur : nec facile est ani-
mo dulcem sonum excutere :
prosequitur et durat, et ex inter-
vallo recurrit : ideo claudendæ
sunt aures malis vocibus, et qui-
dem primis ; Nam quum initium
fecerunt, admissæque sunt, plus
audient. Inde ad hæc peruenit
verba: virtus verborum inanium
crepitus est: vna felicitas est, bona
vita, facere omnia libere: hoc est
viuere, hoc est se mortalem esse
meminisse. Hæ voces non ali-
ter fugiendæ sunt, quam illæ,
quas

quas Vlisses, nisi alligatus, præteruehi noluit: idem possunt, abducunt a patria, a virtutibus, et in turpem vitam miseros illidunt: non est istud viuere. Inter causas malorum nostrorum est, quod viuamus ad exempla; nec ratione componimur sed consuetudine abducimur. Quod, si pauci facerent, nollemus imitari: quum plures facere cœperunt, quasi honestius sit quia frequentius, sequimur: et recti apud nos locum tenet error, vbi publicus factus est.

CAPUT XXX.

DE ABNEGATIONE SVI.

Epiſt. LVI. Omnia licet foris resonent; dum intus nihil tumultus sit; dum inter se non rixentur cupiditas, et timor.

timor, nec altera alteram vexet.
 Nam quid prodest totius regionis
 silentium, si adfectus fremunt, si *Ep. CXIII.*
 animus obstrepit? ideo ille cura-
 tur: ab illo sensus, ab illo ver-
 ba exeunt, ab illo nobis est habi-
 tus, vultus, incessus, si ille pro-
 cubuit, et cetera sequuntur rui-
 nam: Rege incolumi mens omni- *Lib. de Cle-*
 bus vna est, amissio rupere fidem: *mentia Cap.*
III.
 Rex noster est animus, hoc inco- *Ep. CXIII.*
 lumi cetera manent in officio, pa-
 rent et obtemperant: quum ille
 paullum vacillavit, simul nutant.
 Animus noster modo rex est, modo
 tyrannus. Rex quum honesta in-
 tuetur, nihil imperat turpe, nihil
 sordidum: ubi vero impotens,
 cupidus, delicatus est, transit in
 nomen detestabile ac dirum, et fit
 tyrannus; tunc ilum excipiunt ad-

C fectus

fectus impotentes, instantque,
qui inito quidem gaudent, vt
solet populus nocitura largitio-

Epist. LVI. ne frustra plenus: huius compescenda est seditio, & ideo ad rerum actus excitandi, ac tractatione bonarum artium occupandi sumus, quoties non mala habet inertia, sui impatiens: Magni Imperatores quum male parere miditem vident, aliquo labore compescunt, et expeditionibus detinent: nunquam vacat lascivia districtis: opus est aliquo, ad quem mores nostri se ipsis corrigant, nisi ad regulam, praua non corriges.

CA-

CAPUT XIII.

DE

CONTEMPLATIONE RERVM
COELESTIVM.

Animus noster graui sarcina pref- *Epi. LXV.*
fus, explicari cupit, et reuerti ad
illa, quorum fuit. Nam corpus
hoc animi pondus ac poena est:
premente illo vrgetur, in vincu-
lis est, nisi se a terrenis dimisit ad
diuina. Hæc libertas eius est, hæc
euagatio: subducit interim se cu-
stodie, in qua tenetur, et ccelo
reficitur. Quemadmodum artifi-
ces ex alicuius rei subtilioris in-
tentione, quæ oculos defatigat, si
malignum et precarium lumen ha-
bent, in publicum prodeunt, et
in aliqua regione ad populi otium
dedicata oculos libera luce delec-
tant, sic animus in hoc tristi et

C 2 ob-

obscuro domicilio clausus, quoties potest, apertum petit, & in contemplatione requiescit. Ego non quæram, quis sit artifex huius mundi? vnde lux tanta fundatur? ego ista non quæram? ego nesciam vnde descenderim? nesciam, quo hinc iturus sim? quæ sedes exspectet animam solutam legibus seruitutis humanæ? veras me cœlo interesse? maior sum, et ad maiora genitus, quam ut mancipium sim mei corporis: quod equidem non aliter adspicio, quam vinculum aliquod libertati meæ circumdatum. Contemptus corporis certa libertas est: seruant ergo deteriora melioribus: fortes simus aduersus fortuita: non contremiscamus iniurias, non vulnera, non vincula, non egesta-

statem. Mors quid est? aut finis est, aut transitus: nec desinere timeo, nec transire, quia nusquam tam anguste ero.

CAPUT XLIX.

DE

**CONSTANTIA IN
ADVERSIS.**

Quæris an omne bonum optabi- *Ep. LXVII.*
le sit? si bonum est, inquis, for-
titer torqueri, et magno animo
vri, et patienter ægrotare, se-
quitur, vt ista optabilia sint. Nihil
autem video ex ipsis voto dignum.
Neminem certe adhuc scio eo
nomine votum soluisse, quod fla-
gellis cæsus esset, aut æquuleo lon-
gior factus: distingue ista: et in-
telligis esse in his aliquid optan-

C 3 dum.

dum. Tormenta abesse a me
velim: sed si sustinenda fuerint,
vt me in illis fortiter, honeste,
animose geram optabo: non sum
tam demens, vt ægrotare cupiam:
sed si ægrotandum fuerit, vt nihil
intemperanter, nihil effeminate
faciam, optabo. Ita non incom-
moda optabilia sunt, sed virtus,
qua perferuntur incommoda. Ni-
hil habere, ad quod exciteris,
cuius denunciatione et incursu
firmitatem animi tui tentas: sed
in otio inconcusso iacere, non est
Ep. LXXII. tranquillitas, malacia est. Im-
perfectis adhuc interscinditur læti-
tia: sapientis vero contexitur gau-
dium, nulla rumpitur fortuna,
semper et vbique tranquillum est.
Vidisti aliquando canem missa a
domino frusta carnis aperto ore
captan-

captantem? quidquid exceptit, protinus integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat. Idem euenit nobis: Quidquid exspectantibus fortuna proiecit, id sine vlla voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius arrecti et attenti: hoc sapienti non euenit; credamus itaque monstranti pulcherri-
Ep. LXXXIII
 mum iter, et clamanti: *Hac itur ad astra*: hac secundum tem-
 rantiam, hac secundum fortitudi-
 nem. Mirari hominem ad deos
 ire! deus ad homines venit, im-
 mo (quod proprius est) in ho-
 mines venit. Nulla sine deo
 mens bona est. Semina in cor-
 poribus humanis diuina dispersa
 sunt, quæ si bonus cultor excipit,
 paria ex his, ex quibus orta sunt,
 resurgunt: si malus, non aliter

C 4 quam

quam humus sterilis ac palustris,
necat, ac deinde creat purga-
menta pro frugibus.

CAPVT XV.

DE BREVITATE VITAE.

Epi. LXXVII. Nemo tam imperitus est, vt nesciat, sibi quandoque moriendum; tamen cum prope accesserit, tergiuersatur, tremit, plorat. Nonne tibi videtur stultissimus omnium, qui fleuerit, quod ante annos mille non vixerat? æque stultus est, qui flet, quod post annos mille non viuet. Hæc paria sunt: non eris, nec fuisti. Vtrumque tempus alienum est. In hoc punctum coniectus es: quod vt extendas, quoisque ex tendes? quid fles? quid optas? perdis operam: eo ibis, quo omnia

ōmnia eunt. Quid tibi nouum
est? ad hanc legem natus es: hoc
patri tuo accidit, hoc matri, hoc
maioribus, hoc omnibus ante te,
hoc omnibus post te: series inuic-
ta et nulla mutabilis ope illigat ac
trahit cuncta. Nullum sine exitu
iter est, infelix seruis hominibus,
seruis rebus. Nam vita, si mo-
riendi virtus abest, seruitus est.
Quomodo fabula sic vita, non
quamdiu sed quam bene acta sit,
refert. Nihil ad rem pertinet,
quo loco desinas. Quocunque
voles, desine: tantum bonam
clausulam impone. Hoc denique Ep. XXVII,
tibi circa diem mortis præsta:
moriatur ante te vitia, dimitte
istas voluptates turbidas magno
leuandus. Quibusdam remedia
monstranda, quibusdam inculcan-

C 5 da

da sunt. Nunquam nimis dicitur quod nunquam satis discitur.

Ep. XXVI. Ego certe, velut adpropinquet experimentum, et ille latus sententiam de omnibus annis meis dies venerit, ita me obseruo et alloquor: ille dies iudicaturus est, vtrum loquar fortia, an sentiam: num quid simulatio fuerit. Remoue studia totam vitam tractata, mors de te pronuntiatura est. Ita dico disputationes et literata colloquia, et ex præceptis sapientium verba collecta, et eruditus sermo non ostendunt verum robur animi, est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid egeris, tunc apparebit, quum animam ages. Accipio (patienter) conditionem (humanam) non reformato iudicium. Iunior es? quid refert?

refert? non dinumerantur anni.
 Incertum est, quo te loco mors
 exspectet: itaque tu illam omni
 loco exspecta. Semper discen-
 dum est, quod an sciamus, ex-
 periri non possumus. Qui mori
 didicit, seruire dedidicit. Vna
 est catena, quæ nos alligatos te-
 net, amor vitæ: qui vt non est
 abiiciendus, ita minuendus est:
 vt si quando res exiget, nihil nos
 detineat, quo minus parati simus,
 quod quandoque faciendum est,
 statim facere. Molestum est, in- *Epist. XII.*
 quis, mortem ante oculos habere:
 primum ista tam iuueni ante ocu-
 los debet esse, quam seni.

CA.

CAPUT XVI.

DE

DESIDERIO AETERNAE BEA-
TITUDINIS, ET HVIVS VI-
TAE ANGVSTIIS.

*Lit. de vita
beata Cap. I.* **V**iuere omnes beate volunt, sed ad peruidendum quid sit, quod beatam vitam efficiat, caligant. proponendum itaque est primum quid sit, quod adpetamus: tunc circumspiciendum est, qua contendere illo possimus: intellecturi in ipso itinere, si modo rectum erit, quantum quotidie profligetur, quantoque propius ab eo simus, ad quod nos cupiditas impellit. Nihil ergo magis præstandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes, non quo eundum

dum est, sed qua itur. Versat
nos et præcipitat traditus per ma-
nus error, alienisque perimus
exemplis. Exsurge modo et te
quoque dignum finge deo. Fin-
ges autem non auro, non argen-
to: non potest ex hac materia
imago deo exprimi similis. In
hac vita nunquam stabili consisti-
mus loco: hic deprimitur alter-
nis et extollitur, ac modo in cœ-
lum eleuatur, modo defertur ad
terram. Pendemus et fluctua-
mus, et alter in alterum illidi-
mur et aliquando naufragium fa-
cimus, semper timemus. In hoc
tam procelloso et in omnes tem-
pestates exposito mari nauiganti-
bus nullus portus est nisi mortis.
Omnes agendum mortales circum-
spice. Larga vbiique flendi et

*Ep. XXXI.**Epist.
LXXII.*

*Lib. de Con-
solar. ad
Polyb.
affi.*

affidua materia, alium ad quotidianum opus laboriosa egestas vocat, alium ambitio nunquam quieta sollicitat; alius diuitias, quas optauerat, metuit, et voto laborat suo: alium sollicitudo, alium labor torquet; hic se habere sedolet liberos, hic perdidisse: lacrimæ nobis deerunt, antequam caussæ dolendi. Non vides, quam vitam nobis rerum natura promiserit, quæ primum nascentium omen fletum esse voluit? Hoc principio edimur, huic omnis sequentium annorum ordo consentit: sic vitam agimus. Non videmus, quam multa nos incommoda exagitent? quam male nobis conueniat hoc corpus? nunc de ventre nunc de pectore ac faucibus querimus; alias nerui nos, alias pedes

pedes nos vexant: nunc deie^ctio,
nunc distillatio: aliquando super-
est sanguis, aliquando deest; hinc
atque illinc tentamur, et expelli-
mur. Hoc euenire solet in alieno
habitantibus. At nos corpus
tam putre fortiti nihilominus æter-
na proponimus, et in quantum
potest ætas humana protendi, tan-
tum spe occupamus. Nihil satis
est morituris, immo morienti-
bus: quotidie enim propius ab
ultimo stamus, et illo, vnde no- *Ep. LVIII.*
bis cadendum est, hora nos omnis
impellit. Corpora nostra rapiun-
tur fluminum more: quidquid
vides, currit cum tempore: nihil
ex his, quæ videmus, manet.
Ego ipse, dum loquor, mutari
ista, mutatus sum, ideo admiror
dementiam nostram, quod tanto-
pere

pere amamus rem fugacissimam,
 quum omne momentum mors prioris habitum sit. Vis tu non timere, ne semel fiat, quod quo-
de Consol. ad Polyb. Cap. XXVIII. tidie fit: Si velis credere, altius veritatem intuentibus: omnis vita
Epist. CXX. supplicium est. Multiformes sumus, modo frugi tibi videbimus et graues, modo prodigi et vani. Mutamus subinde personam et contrariam ei sumimus, quam exuimus. De aliquo, quem vidiisti heri, merito dici potest: hic quis est? tanta mutatio est. Hoc ergo a te exige, ut qualem instauris praestare te, talem usque ad exitum serues. Cogita, quantum celeritati additurus fueris, si a tergo hostis instaret, si equitem adventare suspicareris, ac fugientium premere vestigia. Sit hoc,
Ep. XXII. pre-

dera, quam pulchra res sit, consummare vitam ante mortem. O quando videbis illud tempus, quo scies tempus ad te non pertinere, quo tranquillus placidusque eris et crastini negligens, et in summa tui satietate?

CAPVIT XVII.
DE
INDIFFERENTIA ANIMI TAM
IN PROSPERIS QVAM
ADVERSIS.

Non est delicata res viuere. Lon- Epiſt. CVII.
gam viam ingressus es, et labaris opportet et arietes, & cadas & lafferis, per eiusmodi offendas emetiendum est confragosum hoc iter, ubi luctus et vtrices posue-

D re

re cubilia curæ, pallentesque habitant morbi, tristisque senectus. In hoc contubernio vita degenda est. Effugere ista non potes, contemnere potes: contemnes autem, si saepe cogitaueris, et futura præsumseris. Nemo non fortius ad id, cui se diu compo- suerat, accessit, et durius quoque, si præmeditata erant, obstitit; at contra imparatus, etiam leuissima expauit, & quia omnia nouitate grauiora sunt, hæc cogitatio adsidua præstabit, ut nullis malo tiro. Nihil miremur eorum, ad quæ nati sumus: quæ ideo nulli querenda, quia paria sunt omnibus. Ita dico, paria sunt; nam etiam quod effugit aliquis, pati potuit. Aequum autem ius est, non quo omnes vñ sunt,

sunt, sed quod omnibus latum
est. Imperetur æquitas animo,
et sine querela mortalitatis tribu-
ta pendamus. Hiems frigora ad-
ducit; algendum est. Aestas ca-
lores refert: æstuandum est. Et
fera nobis loco occurret, et ho-
mo perniciosior feris omnibus.
Aliud aqua, aliud ignis eripiet.
Hanc rerum conditionem mutare
non possumus: optimum est pati,
quod emendare non possis: et
deum, quo auctore cuncta pro-
ueniunt, sine murmuratione co-
mitari. Malus miles est, qui
Imperatorem gemens sequitur.
Hic est magnus animus, qui se
deo tradidit: at contra ille pusil-
lus ac degener, qui oblitatur,
et emendare mauult deos, quam
sc. Itaque assidue cogitemus,

Bsp

D 2

tam

tam de nostra, quam omnium quos
diligimus, mortalitate. Imperatum
me subito fortuna percussit, nunc
cogito omnia et mortalia esse, et
incerta: lege mortali hodie fieri
potest, quidquid vñquam potest.

CAPUT XVIII.

DE NON ADTRAHENDO SIBI RES EXTERIORES.

Ep. CXVII Sua satius est mala, quam aliena tractare, et videre, quam multarum rerum candidatus sit, et non suffragari. Hoc est egregium, hoc securum ac liberum, nihil petere, et tota fortunæ comitia transfire. Libet ergo hanc integrum semper egerere materiam circumspicientibus tot milia hominum inquieta, qui ut alii quid

quid pestiferi consequantur, per
mala nituntur in malum, petunt
que mox fugienda, aut etiam fa
stidienda. Cui enim adsecuto
satis fuit, quod optanti nimium
videbatur? tu ista credis excelsa,
quia longe ab illis iaces, ei vero
qui ad illa peruenit, humilia sunt.
Mentior, nisi adhuc quærat ad
scendere. Istud, quod tu sum
mum putas, gradus est. Omnes
autem male habet ignorantia ve
ri. Tanquam ad bona feruntur
decepti rumoribus. Deinde mala
esse aut inania, aut minora quam
sperauerint adepti, vident, ma
iorque pars miratur ex interuallo
fallentia.

D 3 CA-

CAPVT XIX.

DE PACE INTERNA
ADQVIRENTA.

*Epiſt.
XXVIII.*

Animum debes mutare, non
cclum; licet vastum traiceris
mare, sequentur te, quocunque
perueneris, vitia. Quid miraris,
nihil tibi peregrinationes prodesse,
quum te circumferas, premit te
eadem cauſa, quæ expulit. Quid
terrarum iuuare nouitas potest?
quid cognitio vrbium aut loco-
rum? in irritum cedit ista iactatio.
Quidquid facis, contra te facis,
et motu ipſo noces tibi, ægrum
enim concurtis: at quum istud ex-
emeris malum, omnis mutatio
loci iucunda fiet: in vltimas ex-
pellaris terras licebit, in quolibet
Barbariæ angulo colloceris, hos-
pitalis

pitalis tibi illa qualiscunque sedes
erit. Magis quis veneris, quam
quo interest: non peregrinaris,
sed erras et ageris, ac locum **ex**
loco mutas: quum illud quod
quæris, bene viuere, omni loco
positum sit. Bona conscientia
turbam aduocat, mala etiam in
solitudine anxia atque sollicita est.
Si honesta sunt, quæ facis, om-
nes sciant: si turpia quid refert
neminem scire, quum tu scias?
Nunquid tam turbidum fieri po-
test, quam forum? ibi quoque
licet quiete viuere, si necesse sit;
sed si liceat disponere se, conspe-
ctum quoque et viciniam fori procul
fugiam: nam ut loca grauia etiam
firmissimam valetudinem tentant;
ita bonæ quoque menti necdum
perfectæ et conualeſcenti sunt ali-

Epist.
*XXXIII.**Ep. XXVIII*

qua parum salubria : ideo quantum potes, teipsum coargue, inquire in te : accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis,

Epiſt. LXII. nouissime deprecatoris, aliquando te offende. Ego vbi cunque sum, meus sum : rebus enim non me trado , sed commodo: nec conſeſtor perdendi temporis cauſas, quocunque conſtitu loco, ibi cogitationes meas traſto , et ali- quid in animo salutare verſo.

C A P V T X X .

VIRTVS SOLA IN HAC VITA
BEATVM REDDIT.

Epiſt. LXXVI. Si quis omnia alia habeat, vale- tudinem, diuitias, imagines mul- tas, frequens atrium , ~~ed~~ malus ex confesso sit: improbatis illum. Item si quis nihil illorum, quæ re- tuli

tuli habeat, deficiatur pecunia,
clientum turba, nobilitate et auo-
rum, proauorumque serie, sed
ex confessio bonus sit: probabis
illum. Ergo est vnum bonum
hominis: quod qui habet, etiam-
si aliis destituitur, laudandus est:
qui non habet, in omnium alio-
rum copia damnatur ac reiicitur.
Quæ conditio rerum eadem et
hominum est. Nauis bona dici-
tur, non quæ pretiosis coloribus
picta est, nec cui argenteum aut
aureum rostrum est, nec cuius
tutela ebore cælata est, nec quæ
fiscis ac opibus regiis pressa est:
sed stabilis et firma, et iuncturis
aquam excludentibus spissa, ad
ferendum incursum maris solida,
gubernaculo parens, velox et con-
fentiens vento. Gladium bo-

D 5 num

num dicas, non cui deauratus est
baltheus, nec cuius vagina gem-
nis distinguitur: sed cui et ad se-
candum subtilis acies, et mucro
munitionum omne rupturus:
regula non quam formosa, sed
quam recta sit queritur. Eo
quodque laudatur, cui compara-
tur, quod illi proprium est. Er-
go in homine quoque nihil ad
rem pertinet, quantum aret,
quantum feneret, a quam mul-
tis salutetur, quam pretioso in-
cumbat lecto, quam pellucido
poculo bibat; sed quam bonus
sit; bonus autem est, si ratio
explicata et recta est. Hæc voca-
tur virtus: hoc est honestum et
unicum hominis bonum. Nam
quum sola ratio perficiat hominem,
sola ratio perfecta beatum facit:
hoc

hoc autem vnum hominis bonum
est, quo vno beatus efficitur, ce-
tera levia sunt, mutabilia. Ne- Ep. XXXII
mo gloriari nisi suo debet. Vi-
tem laudamus, si fructu palmi-
tes onerat, si ipsa ad terram pon-
dere eorum, quæ tulit adminicu-
lo dedit. Num quis huic illam
præfereret vitem, cui aureæ vuæ,
aurea folia dependent? propria
virtus est in vite fertilitas; in ho-
mine quoque id laudandum est,
quod ipsius est: familiam for-
mosam habet, et domum pul-
chram: multum ferit, multum
fœnerat. Nihil horum in ipso est,
sed circa ipsum. Lauda in ipso
quod nec erui potest, nec dari;
quod proprium est hominis. Quæ-
ris quid sit? animus et ratio in
homine perfecta. Rationale enim

ani-

animal est homo; consummatur itaque eius bonum, si id adimpluit, cui nascitur. Quid est autem, quod ab illo ratio hæc exigit? rem facillimam: secundum naturam viuere: sed hanc difficultem facit communis insania. In vitia alter alterum trudimus: quomodo autem ad salutem reuocari possunt, quos nemo retinet,

Epi. LXXVI

populus impellit? Nemo existis quos purpuratos vides, felix est, non magis, quam ex illis, quibus sceptrum et chlamydem in scena fabulæ adsignant, quum præsente populo elati inceserunt et cothurnati simul exierunt, exalceantur et ad staturam suam redeunt. Nemo istorum, quos diuinitæ honoresque in altiore fastigio ponunt, magnus est: quare ergo

ergo magnus videtur? quum basi
illum sua metiris, non est mag-
nus pumilio, licet in monte con-
stituit: colossus magnitudinem
suam seruat, etiamsi steterit in
puteo. Hoc laboramus errore,
sic nobis imponitur: quod nem-
inem aestimamus, eo quod est, sed
adiicimus illi et ea, quibus adorna-
tus est: Atqui quum voles veram
hominis aestimationem inire, et
scire qualis sit, nudum inspice,
ponat patrimonium, ponat hono-
res, et alia fortunae mendacia:
corpus ipsum exuat, animum in-
tuere, qualis quantusque sit, alie-
no an suo magnus. Si erectis ocul-
lis gladios micantes videt, et si
scit sua nihil interesse, vtrum ani-
ma per os, an per iugulum exeat,
beatum voca: si quum illi denun-
ciata

HOR

tiata sunt corporis tormenta, et
quæ casu veniunt, et quæ poten-
tioris iniuria, si vincula et exilia
et vanas humanarum formidines
mentium securus audit et dicit:
tu hodie ista denuntias, ego sem-
per denuntiaui mihi, et hominem
paraui ad humana, præcogitati
mali mollis iætus venit. Audi-
mus aliquando voces imperito-
rum, nesciebam hoc mihi restar-

Ep. LVIII. re : talis est sapientis animus,
qualis mundi status super lunam.
Semper illic serenum est : habes
ergo quare velis sapiens esse :
quia nunquam sine gaudio est.
Gaudium hoc non nascitur, nisi ex
virtutum conscientia. Non po-
test gaudere nisi fortis, nisi iustus,
nisi temperans. Quid ergo, in-
quis? Stulti ac mali non gaudent?

non

non magis quam prædam naeti
leones. Quum fatigauerunt se vi-
no et libidinibus, quum illos nox
inter vina defecit, quum volupta-
tes angusto corpori vltra, quam
capiet, ingestæ, suppurare cœ-
perunt, tunc exclamant miseri:
namque ut supremam falsa inter
gaudia noctem egerimus nosti. Sa-
pientis gaudium non interrumpi-
tur, non definit: desineret, si
sumtum esset aliunde.

CAPVT XXX.

DE TEMPORE VTLITER TRANSIGENDO.

Quem mihi dabis, qui aliquod Epiſt. I. ad
Lucilium.
preium tempori ponat? qui
diem æstimet? qui intelligat fe
quo-

quotidie mori? in hoc enim fal-
limur, quod mortem prospici-
mus. Magna pars eius iam præ-
teriit. Quidquid ætatis retro est,
mors tenet. Omnes horas com-
plectere; Sic fiet, vt minus ex
crastino pendeas, si hodierno ma-
num inieceris. Dum differtur
vita, transcurrit: omnia aliena, tem-
pus tantum nostrum est: tu malo
serues tua, et bono tempore vti
incipias; nam vt visum est maio-
ribus nostris, sera parsimonia in
fundo est, non enim tantum mi-
nimum in imo, sed pessimum

Ep. XVIII. remanet. Festis maxime diebus
animo imperandum est, vt tunc
voluptatibus solus abstineat, quum
in illas omnis turba procubuit.
Certissimum argumentum fir-
mitatis suæ capit, si ad blanda
et

et in luxuriam trahentia, nec it,
 nec abducitur. Ceterum adeo
 mihi placet tentare animi tui fir-
 mitatem, vt ex præcepto magnorum
 virorum tibi quoque præcipiam:
 interponas aliquot dies,
 quibus contentus minimo ac vilissimo
 cibo, dura ac horrida veste
 dicas tibi: hoc est quod timeba-
 tur. Miles in media pace decur-
 rit sine vlo hoste, vallum iacit et
 superuacuo labore lassatur, vt
 sufficere necessario possit. Quem
 in ipsa re trepidare nolueris, an-
 te rem exerce: hoc secuti sunt,
 qui omnibus mensibus pauperra-
 tem imitati prope ad inopiam ac-
 cesserunt, ne vnquam expauesce-
 rent, quod sâpe didicissent.

E

CA-

C A P V T X X I I .
I R A C V N D I A E V I T I V M Q V O .
M O D O E X S T I R P A N D V M .

*Lib. III. de
Ira Cap. VI* Non est magnus animus, quem incuruat iniuria. Aut potentior te, aut imbecillior læsit. Si imbecillior, parce illi: si potentior, tibi. Nullum est argumentum magnitudinis certius, quam nihil posse, quo instigaris, accidere. Pars superior mundi, et ordinatior ac propinqua sideribus nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbinem: omni tumultu caret. Inferiora fulminant. Eodem modo sublimis animus quietus semper et in statione tranquilla collocatus, intra se premens, quibus ira contrahitur, modestus et venerabilis est

et

et compositus : quorum nihil inuenies in irato : Quis enim traditus dolori, & furens non primam reiecit verecundiam ? quis impletu turbidus et in aliquem ruens, non quidquid in se verecundi habuit, abiecit ? quis linguæ temperauit ? quis vllam partem corporis tenuit ? quis se regere potuit ? Optimum est ad primum sensum mali mederi sibi : facile *Cap. X. ibid.*
 est autem affectus suos, quum primum oriuntur, deprehendere : morbum signa præcurrunt. Quemadmodum tempestatis ac pluuiæ ante ipsas notæ eueniunt : ita iræ, amoris, omniumque istarum procellarum animos vexantium sunt quædam prænuntia. Non expe- *cod. lib. cap. XI.*
 dit omnia videre , omnia audire.
 Multæ nos iniuriæ transeant :

E 2

ex

ex quibus plerasque non accepit,
qui nescit. Non vis esse iracun-
dus? ne sis curiosus. Qui in-
quirit, quid in se dictum sit, qui
malignos sermones, etiamsi secre-
to habiti sint, eruit, se ipse in-
quietat. Quædam interpretatio
eo perducit, ut videantur iniuriæ.
Itaque alia differenda sunt, alia de-
ridenda, aliadonanda. Circumscri-
benda multis modis ira est: plera-
que in lusum iocumque vertantur:
non quemadmodum facta sit iniu-
ria refert, sed quemadmodum lata.

eed. lib. cap.
XXIII. Quis sum, cuius aures lædi nefas
sit? ignouere multi hostibus: ego
non ignoscam pigris, negligenti-
bus, garrulis? puerum ætas ex-
cuset, feminam sexus, extra-
neum libertas, domesticum fami-
iliaritas. Nunc primum offendit?
cogi-

cogitemus, quamdiu placuerit.
 Sæpe et alios offendit, feramus
 quod diu tulimus. Amicus est?
 fecit quod noluit. Inimicus est?
 fecit quod debuit. Prudentiori
 cedamus: stultiori remittamus.
 Pro quocunque illud respondeam
 mus nobis: sapientissimos quo
 que viros multa delinquere: ne
 minem esse tam circumspetum,
 cuius non diligentia aliquando si
 bi ipsi excidat: neminem tam
 maturum, cuius non grauitatem
 in aliquod feruidius factum
 casus inpingat: neminem tam
 timidum offendarum, qui non in
 illas, dum vitat, incidit. Sic *Ibid. Capit.*
XIV.
 animo æquiore feret ab ali
 quo lædi, ab aliquo contemni,
 cuicunque venit in mentem nul
 lam esse tantam potentiam, in

E 3 quam

Ibid. Capit. quam non incurrat iniuria : mul-
XXVIII. tos absoluemus , si cœperimus
 ante iudicare , quam irasci . Ma-
 ximum remedium iræ est mora ;

Lib. III. de nunc autem primum impetum se-
Ira Cap.
XXIX. quimur , deinde quamvis vana
 nos concitauerint , perseueramus ,
 ne videamur cœpisse sine causa ;
 et quod iniquissimum est , perti-
 naciores nos facit iniquitas iræ :
 retinemus enim illam et auge-
 mus , quasi argumentum sit iu-
 ste irascentis gratiæ irasci . Quan-
 to melius initia ipsa perspicere
 quam letitia sint ? quam obnoxia ?
 quod accidere vides in animali-
 bus mutis , idem in homine de-

Lit. III. in prehendes . Taurum color ru-
Cap. XXX. bicundus excitat , ad umbram af-
 pis exsurgit , vros leonesque map-
 pa proritat . Idem inquietis et
 stoli-

stolidis ingenii euenit; rectum su-
 spicione feriuntur, adeo quidem, vt
 interdum iniurias vocent modica
 beneficia. Crede mihi, leuia sunt, *Lib. III. de
Ira Capit.
XXXIV.*
 propter quæ non leuiter exca-
 descimus, qualia quæ pueros in
 rixam et iurgium concitant. Non *Lib. III. de
Ira Capit.
XXXII.*
 temperemus iram, sed ex toto
 remoueamus. Quod enim ma-
 le rei temperamentum est? poten-
 rimus autem, adnitamur modo.
 Nec vlla res magis proderit, quam
 cogitatio mortalitatis. Sibi quis-
 que, vt alteri dicat: quid iuuat
 tanquam in æternum genitas iras
 indicere, & breuissimam ætatem
 dissipare? quid ruimus in pug-
 nam? quid certamina nobis ac-
 cerfimus? iam istas inimicitias, quas
 implacabili gerimus animo, febris
 aut aliud malum corporis vetabit

E 4 geri,

geri, iam par acerrimum media
mors dirimet: quid tumultuamur,
et vitam seditiosi conturbamus?
dum respicimus, quod aiunt,

Ibid. Capit. versamusque nos, iam mortali-
XXXIII. litas aderit.

CAPUT XXXII.

QVOD
VERA PAUPERTAS MAGNO-
RVM BONORVM PA-
RENS SIT.

Epist. III. Nulli potest secura vita contingere, qui de re producenda nimis cogitat. Miser est, licet toti *Epist. XVII.* mundo imperet. Multis parasse diuitias non finis miseriarum fuit, *Ep. LXXX.* sed mutatio. Si vis scire, quam nihil mali sit in paupertate, compara inter se pauperum et diui-
tum

tum vultus. Sæpius pauper et
fidelius ridet; nulla sollicitudo in
alto est: cura velut nubes transit:
nemo ad humanum sanguinem *Ep. XIII.*
propter ipsum venit, nudum la-
tro dimittit: etiam in obsessa via
pauperi pax est: horum, qui *Ep. LXXX.*
felices vocantur, hilaritas ficta est,
aut grauis et suppurata tristitia, et
quidem grauior, quia interdum
non licet palam esse miseros: sed
inter ærumnas cor ipsum exeden-
tes necesse est latere felicem. Di- *Ep. LXXXI*
uitiæ, honores, potentia, et ce-
tera, quæ opinione nostra cara
sunt, pretio suo vilia. Quæ bo- *Epis.*
na sunt, fiduciam faciunt, diui-
tiæ audaciam, quæ bona sunt,
magnitudinem animi dant, diui-
tiæ insolentiam. Diuitem illum
putas, quia aurea supellex in via

E 5 eum

eum sequitur ; quia in omnibus
Prouinciis arat ; quia magnus Ca-
lendarii liber voluitur , quia tan-
tum suburbani agri possidet : et
quum omnia dixeris, pauper est.
Quare ? quia debet. Quantum
inquis ? omnia : nisi forte iudi-
ces interesse, vtrum aliquis ab
homine , an a fortuna mutuum
sumserit. Quid ad rem pertinent ?

*Instrati ostro alipedes, pictisque
tapetis*

*Aurea pectoribus demissa moni-
lia pendent ?*

O quantum erat seculi decus,
Imperatorem triumphalem uno
caballo esse contentum, et ne
toto quidem ! partem enim sar-
cinæ ab vtroque latere dependen-
tes occupabant liberi. Illo ergo
seculo, quod aureum perhibetur,
penes sapientes fuisse regnum

P. T.

Possidonius iudicat. Quid homi- *Ep. XC.*
num illo genere felicius? in com-
mune rerum natura fruebantur:
sufficiebat illa ut parens in tute-
lam omnium: Irrupit in res opti-
me positas auaritia: et dum sedu-
cere aliquid cupit, atque in suum
vertere, omnia fecit aliena, et
multa concupiscono omnia ami-
fit. Illi quos aliquod nemus den-
sum a sole proteixerat qui aduer-
sus fæuitiam hiemis, aut imbris
vili receptaculo tuti sub fronde vi-
uebant, placidas transigebant sine
suspicio noctes. Sollicitudo nos
in nostra purpura versat, et acer-
rimis excitat stimulis: mollem
somnum illis dura tellus dabat.
Non impendebant cælata laquea-
ria: sed in aperto iacentes sidera
superlabebantur, et insigne spe-
cta-

Etaculum noctium , mundus in
præceps agebatur silentio tantum
opus ducens. Tam interdiu illis,
quam noctu patebat prospectus
huius pulcherrimæ domus: libebat
intueri signa ex media cœli parte
vergentia, rursus ex occulto alia
surgentia. Quidni iuuaret vagari
inter tam late sparsa miracula. At
vos ad omnem tectorum pauetis
sonum, et inter picturas vestras,
si quid increpuit, fugitis attoniti:
Non habebant domos instar vir-
bium. Spiritus ac liber inter
aperta flatus , et leuis umbra ru-
pis aut arboris , et perlucidi fon-
tes, riuique non opere nec fistu-
la, nec ullo coacto itinere obso-
lefacti , sed sponte currentes, et
prata sine arte formosa , inter hæc
agreste domicilium rustica posi-
tum

tum manu. Huc ergo cogitatio- *Epist. XX.*
 nes tuæ tendant, hoc cura, hoc
 opta, vt contentus sis temet ipso,
 et ex te nascentibus bonis: pro-
 iice omnia si sapis, immo vt sa-
 piás, si quid est quo teneris, aut
 expedi aut incide: discedant *Epist. XV.*
 aliquando ista insidiosa bona et
 sperantibus meliora quam ad-
 secutis: si quid in illis esset so-
 lidi, et aliquando implerent,
 nunc haurientium sitim concitant;
 quantum potes, circumscribe
 corpus tuum, et animo locum
 laxa. Nemo nascitur diues,
 quisquis exit in lucem, iussus est
 lacte et panno esse contentus, ab
 his initii nos regna non capiunt:
 sic gerere nos debemus, non tan- *Epist. XIII.*
 quam propter corpus viuere de-
 beamus, sed tanquam non possi-
 mus sine corpore. CA-

C A P V T

XXIII.

DE

VITAE HVIVS MISERIIS AC
AERVMNIS.

Epiſt. XCVI Viuere militare est : Ideo in
Epiſt. XCI. omnia præmittendus est animus ;
 cogitandumque non quidquid so-
 let , sed quidquid potest fieri.
 quid enim est , quod non fortuna
 quum voluit et florentissimo de-
 trahit ? quod non eo magis ad-
 grediatur , et quatiat , quo spe-
 ciosius fulget ? modo nostras in
 nos manus advocat , modo suis
 contenta viribus , inuenit pericula
 sine auctore . Nullum tempus
 exceptum est , in ipsis voluptati-
 bus cauſſe doloris oriuntur : Bel-
 lum in media pace consurgit , et
 auxilia

auxilia securitatis in metum trans-
feunt : ex amico inimicus, ho-
stis ex focio : in subitas tempe-
states hibernisque maiores agitur
æstiuia tranquillitas : sine hoste
patimur hostilia : et cladis cau-
fas, si alia deficiunt, nimia sibi
felicitas inuenit : Inuadit tem-
peratissimos morbus, validissimos
Phtysis, innocentissimos pœna,
secretissimos tumultus. Eligit ali-
quid noui casus, per quod velut
oblitis vires suas ingerat. Quid-
quid longa series multis labori-
bus, multa deum indulgentia
struxit, id vnum dies spargit, ac
dissipat. Nihil priuatim, nihil
publice stabile est: cogitanda ergo
sunt omnia, et animus aduersus
ea, quæ possunt euenire, fir-
mandus. Hoc vnum fcio, om-
nia

nia mortalium opera mortalitate
damnata sunt; inter peritura vi-
uimus , nemo altero fragilior
est, nemo in crastinum sui cer-
tior. Alexander Macedonum
Rex discere geometriam infelix
cooperat, sciturus quam pusilla
terra esset, ex qua minimum
occupauerat. Ita dico, infelix
ob hoc, quod intelligere debe-
bat , falsum se gerere cogno-
men. Quis enim esse magnus
in pusillo potest ?

CA.

C A P V T

XCV.

DE

CAECITATE EORVM, QVI VI.
TAM VOLVPTATIBVS
TRANSIGVNT.

Addiximus animum voluptati : *Ep. CX*
cui indulgere, initium omnium
malorum est: tradidimus ambitio-
ni et famæ, ceteris æque vanis
et inanibus. Quid ergo nunc te
hortor ut facias? nihil noui: nec
enim nouis malis remedia quæ-
runtur: sed hoc primum, ut
tecum ipse dispicias, quid sit ne-
cessarium, quid superuacuum.
Non magnam rem facies, quod
viuere sine regio adparatu potes,
quod non desideras millarios
apros, nec linguas Phænicop-

F tero.

terorum, et alia portenta luxuriæ iam tota animalia fastidientis, et certa membra ex singulis eligen-
tis: tunc te admirabor, si non contemseris etiam sordidum pa-
nem: si tibi persuaseris, herbas, vbi necesse est, non pecori tan-
tum, sed homini nasci: quid enim ad rem pertinet quid acci-
piat, perditurus, quidquid acce-
perit? delectant te disposita, quæ terra marique capiuntur. Alia
eo gratiora, si recentia perferun-
tur ad mensam: alia si diu pasta
et coacta pinguescere, fluunt, ac
vix saginam continent suam. At
ista sollicite scrutata varieque con-
dita cum subierint ventrem, vna
atque eadem fœditas occupabit.
Vis ciborum voluptatem contem-
nere? exitum specta. Hoc ita-
que

que ipsi mihi dico, quoties tale
 aliquid præstrinxerit oculos meos,
 quoties occurrit domus splendida,
 cohors culta seruorum, lectica
 formosis imposita calonibus: quid
 miraris? quid stupes? pompa est.
 Ostenduntur istæ res, non possi-
 dentur: et dum placent, tran-
 seunt. Ad veras potius te con-
 uerte diuitias, disce paruo esse
 contentus: et illam vocem mag-
 nus atque animosus exclama:
habeamus aquam, habeamus polentam.
 Edendum est. Vtrum hic panis sit
 plebeius, an filigineus, ad natu-
 ram nihil pertinet. Sitio, vtrum
 hæc aqua sit ex lacu proximo ex-
 cepta, an ea quam multa niue
 clusero, vt rigore refrigeretur
 alieno, ad naturam nihil pertinet.
 vtrum sit aureum poculum, an

*Epiſt.
CXVIII.*

F 2 cry-

crystallinum, an murrheum, an
Tiburtinus calix, an manus con-
cava, nihil refert. Nihil ergo
monuisse malim, quam hoc, quod
nemo monetur satis: vt omnia
naturalibus desideriis metiaris.
quæris, quali mensa, quali ar-
gento, quam paribus ministeriis
et leuibus, adferetur cibus, ni-
hil præter cibum natura desiderat.
Ambitiosa non est fames: conten-
ta desinere est: infelicis luxuriæ
ista tormenta sunt. Nam si per-
tinere ad te iudicas, quam crini-
tus puer, et quam pellucidum
tibi poculum porrigat, non sitis.
Inter reliqua hoc nobis natura
præstítit præcipuum, quod neces-
sitati fastidium excusſit. Id ac-
tum est ab illo mundi conditore,
qui nobis viuendi iura descripsit:
fáui

salui essemus, non delicati: turpe
 est beatam vitam in auro & ar-
 gento reponere: neminem pecu-
 nia diuitem fecit: immo contra,
 nulli non maiorem sui cupidita-
 tem incussit : Post Darium et
 Indos pauper est Alexander Mace-
 do, quærit, quod suum faciat,
 scrutatur maria ignota, in Ocea-
 num classes mittit nouas, et (vt
 ita dicam) mundi claustra per-
 rumpit: quæris quæ sit huius rei
 cauſa? plus incipit habere posse,
 qui plus habet, qui multum ha-
 bet, plus cupit, quod est argu-
 mentum nondum illum satis ha-
 bere: qui satis habet, consecu-
 tus est (quod nunquam diuiti
 coningit) finem. Nunquam
 parum est, quod satis est:
 nunquam multum est, quod satis

F 3 non

non est. Utamur ergo hoc Naturæ beneficio inter magna numerando : et cogitemus nullo nomine melius illam meruisse de nobis, quam quia quidquid ex necessitate desideratur , sine fastidio sumitur.

C A P V T
XXVI.

QVOD HOMO SOLA RATIO-
NE OMNIBVS CREATIS
PRAESTET.

Ep. CXXIV Nullo modo prodesse tibi possum magis, quam si tibi bonum tuum ostendo , si te a mutis animalibus separo , si cum deo pono. Quid vires corporis alis et exerces ? pecudibus istas maiores natura
con-

concessit. Quid excolis formam?
quum omnia feceris, a multis ani-
malibus decore vinceris. Quid
capillum ingenti diligentia comis?
quum illum vel effuderis more
Parthorum, vel Germanorum no-
do vinxeris, vel ut Scythæ solent,
sparseris: in quolibet equo den-
sior iactabitur iuba, horrebit in
leonus ceruice formosior. Quum
te ad velocitatem paraueris, par-
lepusculo non eris. Vis tu reli-
ctis, in quibus vinci te necesse
est, dum in aliena niteris, ad
bonum reuerti tuum? quod hoc
est? animus scilicet emendatus
ac purus, æmulator dei, super
humana se extollens, nihil extra
se sui ponens, rationale animal es.
Quid ergo in te bonum est? per-
fecta ratio. Hanc tu ad summum

F 4 finem

finem euoca, in quantum potest plurimum crescere. Tunc beatum esse te iudica, quum tibi ex te gaudium omne nascetur, quum in his, quæ homines eripiunt, optant, custodiunt, nihil inneneris, non dico quod malis, sed quod velis. Breuem tibi formulam dabo, qua te metiaris, qua perfectum esse iam sentias: bonum tunc habebis tuum, quum intelliges infelicissimos esse felices.

CA-

C A P V T

XXVII.

DE EMINENTIA LIBERAE
MENTIS VIRTUTIBVS
EXCVLTAE.

Nulla virtus latet : et latuisse non ipius est damnum. Veniet qui conditam et seculi sui malignitate compressam dies publicet. Paucis natus est , qui populum ætatis suæ cogitat. Multa annorum millia , multa populum superuenient ; ad illa respice. Etiamsi omnibus tecum viuentibus silentium liuor indixerit , venient , qui sine offensa , sine gratia iudicent. Nihil simulatio proficit. Paucis impunit leuiter extrinsecus inducta facies : veritas in omnem partem

*Epiſt.
LXXVIII.*

F 5 sui

Lib. de vita sui semper eadem est. *Summa Capit.*
III. mum bonum est animus for-
 tuita despiciens , virtute latus ;
 aut iniusta vis animi perita re-
 rum : placida in aetū cum hu-
 manitate multa : libet et ita
 definire : vt beatum dicamus
 hominem eum, cui nullum bo-
 num malumque sit, nisi bonus
 malusque animus : honesti cul-
 tor, virtute contentus, quem
 nec extollant fortuita, nec fran-
 gant : qui nullum maius bo-
 num eo , quod sibi ipse dare
 potest , nouerit : cui vera vo-
 luptas erit voluptatum contem-
ib. cap. VII Altum quiddam est vir-
 tus, excelsum et regale , in-
 viatum, infatigabile ; voluptas
 humile, seruile, imbecillum, ca-
 ducum, cuius statio fornices et
 po-

popinæ sunt. Virtutem in tem-
plo inuenties, voluptatem lati-
tantem saepius ac tenebras cap-
tantem circa loca ædilem me-
tuentia, mollem, eueruem, mero
atque vnguento madentem, pal-
lidam aut fucatam, & medica-
mentis pollutam. Nunquam
recta mens vertitur : nec sibi
odio est, nec quidquam muta-
uit optima ; at voluptas tunc
quum maxime delectat, extin-
guitur. Quisquis ad virtutem *Cap. XIII.*
accessit, dedit generosæ indolis
spem ; qui voluptatem sequi-
tur, eneruis, fractus, degenerans
vir, et quo magis implentur,
eo magis inexplorables. Ut feras *ib. cap. XIV.*
cum labore periculoque venamur,
et captarum quoque illarum sol-
licita possessio est : saepè enim la-
niant

cod. lib.

niant dominos ; ita voluptates,
quo plures maioresque sunt, eo
ille minor ac plurium seruus est,
quem felicem vulgus adpellat :

Ib. cap. XXI Vos quidem, qui virtutem culto-
remque eius odistis, nihil noui
facitis ; nam et solem lumina
ægra formidant, et auersantur

Ib. cap. XVI diem splendidum ; ergo in virtu-

Ib. Cap. XV. te posita est vera felicitas, ad
hoc Sacramentum adacti sumus,
ferre mortalia : nec perturbari
his, quæ vitare nostræ potestatis

Ib. Cap. VIII non est. Quare audacter licet
profitearis, summum bonum esse
animi concordiam, virtutes enim
ibi esse debebunt, vbi consensus
atque unitas erit. Dissident vi-

Ib. Cap. IX. tia. Sed tu quoque, inquit, vir-
tutem non ob aliud colis, quam
quia aliquam ex illa speras vo-
lupta-

luptatem : primum non , si vo-
luptatem præstatura virtus est ,
ideo propter hanc petitur , sed
labor eius , quamuis aliud petet ,
hoc quoque adsequetur ; sicut
in aruo , quod segeti proscissum
est , aliqui flores internascuntur ,
non tantum huic herbulæ quam-
uis delebet oculos , tantum ope-
ris insumtum est , aliud fuit
ferenti propositum . Sic volup-
tas non est merces , nec cauſa
virtutis , sed accessio .

CA-

C A P V T

XXVIII.

AVARITIA PRAECIPITARI HO-
MINES IN PLVRIMA
FLAGITIA.

Epi. LXXXIV Nulli nos vitio natura conciliat:
nos illa integros ac liberos genuit.
Nihil quidem, quod auaritiam
nostram irritaret, posuit in aper-
to : pedibus aurum et argen-
tum calcandum ac premendum
dedit, quidquid est, propter
quod calcamur ac premimur.
Illa vultus nostros erexit in cœ-
lum, et quidquid magnificum,
mirumque fecerat, videri a suf-
ficienibus voluit : hæc supra nos
natura disponit. Aurum quidem et
argentum, et propter ista nun-
quam pacem agens ferrum, quasi
male

male nobis committerentur , ab-
scondit ; nos in lucem , prop-
ter quæ pugnaremus , extulimus :
nos et causas periculorum no-
strorum , et instrumenta disiecto
terrarum pondere eruimus : nos
fortunæ mala nostra tradidimus , nec
erubescimus summa apud nos ha-
beri , quæ fuerant ima terrarum . Vis
scire , quam falsus oculos tuos de-
cipit fulgor ? nihil est istis , quamdiu
mersa et inuoluta cœno suo ia-
cent , foedius , nihil obscurius ,
quidni quæ per longissimorum
cuniculorum tenebras extrahun-
tur ? nihil est istis dum fiunt ,
et a fæce sua separantur , infor-
mius . Denique ipsos opifices
intuere , per quorum manus ste-
rile terræ genus , et informe
perpurgatur ; videbis quanta fu-
ligine

lige oblinantur. Atqui ista
magis inquinant animos, quam
corpora: et in possessore eorum,
quam in artifice plus est fordium.
Si vis exercere tibi vtile, nulli
autem graue imperium, submo-
ue vitia. Multi inueniuntur, qui
ignem inferant vrbibus, qui in-
expugnabilia seculis, et per ali-
quot ætates tuta prosternant, qui
æquum arcibus aggerem adtol-
lant, et muros in miram altitu-
dinem adducentes arietibus ac ma-
chinis quassent: multi sunt, qui
ante se agant agmina, et tergis
hostium graues instent, et ad
mare magnum perfusi cæde gen-
tium veniant: sed hi quoque, ut
vincerent hostem, cupiditate vic-
ti sunt. Nemo illis venientibus
restitit, sed nec ipsi ambitioni,
crude-

erudelitatique restiterant : quum
agere visi sunt alios, agebantur ;
ideoque cum multis fuerunt ma-
li ; pestiferam illam vim , qua
plerisque nocuerunt , ipsi quoque
sentiunt . Non est , quod credas ,
quemquam fieri aliena infelicitate
felicem.

C A P V T
X X V I I I I .

**QVOD HOMINES MAGNI
DVCANT RES VILES.**

Omnis quærimus , non quare *Epist. CXV*
et vnde ; quid habeas , tantum
rogant . Vbiique tanti quisque ,
quantum habuit , fuit . Nulla
tamen auaritia sine pœna est ,
quamvis satis sit ipsa pœnarum .
O quantum laborum exigit , quam

G mi-

misera desideratis , quam misera
partis est ! Adiice quotidianas sol-
licitudines , quæ pro modo ha-
bendi quemque discruciant . Ma-
iore tormento pecunia posside-
tur , quam quæritur . Quantum
damnis ingemiscunt , quæ et ma-
gna incidunt , et maiora videntur .
At felicem illum homines , et di-
vitem vocant , et consequi op-
tant , quantum ille possidet ! fa-
teor , quid ergo ? Tu vlos esse
condicionis peioris existimas , quam
qui habent et miseriam et inui-
diam ? Utinam qui diuitias ad-
petituri essent , cum diuitibus de-
liberarent ! utinam honores pe-
tituri cum ambitionis et summum
adeptis dignitatis statum ! profec-
to vota mutassent : quum in-
terim illi noua suscipiunt , qui
priora

priora damnauerant. Nemo enim est, cui felicitas sua, etiamsi cur-su venit, satisfaciet. Abstrahunt *Ep. LXXXI* a recto diuitiae, honores, potentia, et cetera, quæ opinione nostra cara sunt, pretio suo vilia. Nescimus æstimare res: de qui-bus non cum fama, sed cum rerum natura deliberandum est. Nihil habent ista magnificum, quo mentes in se nostras trahant, præter hoc, quod mirari illa consueuimus. Non enim quia concupiscenda sunt, laudantur; sed concupiscuntur, quia laudata sunt.

G 2

CA-

C A P V T
X X X.

QVOD
SAPIENS TOTIVS MVNDI
SIT DOMINVS.

Epiſt.
LXXXV. Nulla fortuna, nulla res aetius
sapientis excludit. Ad utrosque
casus aptus est: bonorum rector
et malorum viator; sic sapiens
virtutem si licebit, in diuitiis
explicabit; si minus, in pauper-
tate: si poterit, in patria; si
minus, in exilio: si poterit,
Imperator; si minus, miles:
si poterit, integer; si minus,
debilis. Quamcumque fortu-
nam acceperit, aliquid ex illa
memorabile efficiet. Certi sunt
domitores ferarum, qui saeuissi-
ma

ma animalia, et ad occursum
exterrentia hominem, docent
pati iugum, nec asperitatem ex-
cussisse contenti, vsque in con-
tubernium mitigant. Leonibus
magister manum insertat, oscu-
latur Tigrim suus custos: Ele-
phantem minimus Aethiops iu-
bet subsidere in genua, et am-
bulare per funem: Sic sapiens
est artifex domandi mala. Dolor
egestas, ignominia, carcer, exsi-
lium, et vbicunque horrenda,
quum ad hunc peruenere, man-
sueta sunt.

G 3

CA-

C A P V T
X X X I.

PVLCHRITVDINE ANI-
MI CORPVS EX-
ORNARI.

Ep. LXVI. Errare mihi visus est, qui dixit:
Gratior est pulchro veniens e cor-
pore virtus ; nullo enim hone-
stamento indiget : ipsa et mag-
nus sui decus est, et corpus
suum consecrat. Potest ex casa
vir magnus exire, potest et ex
deformi humilique corpusculo
formosus animus ac magnus.
Quosdam itaque videtur mihi
in hoc natura tales generare, vt
adprobet virtutem omni loco
nasci ; vt scire possemus non
deformitate corporis foedari ani-
mum ; sed pulchritudine animi
corpus

corpus ornari. Omnis res, quod
 non habuit decus, virtute addita
 sumit. Cubiculum lucidum di-
 cimus: hoc idem obscurissimum
 est nocte: dies illi lucem in-
 fundit, nox eripit. Sic istis,
 quæ a nobis media dicuntur,
 diuitiis, formæ, honoribus, reg-
 no: et contra morti, exilio,
 malæ valetudini, doloribus, quæ-
 que alia aut minus aut magis
 pertimuimus: aut malitia, aut
 virtus dat boni, vel mali nomen.

*Ep.
LXXXII.*

G 4 CA-

C A P V T
XXXII.

QVOD
VANA HOMINVM DE NOBIS
IVDICIA CONTEMNEN-
DA SINT.

Ep. LVIII. Cito nobis placemus : si inuenimus , qui nos bonos viros dicat , qui prudentes , qui sanctos , agnoscimus . Nec sumus modica laudatione contenti : quidquid in nos adulatio sine pudore congeffit , tanquam debitum prendimus : optimos nos esse , sapientissimos adſirmantibus adſentimur : quum ſciamus illos ſaþe mentiri , adeoque indulgemus nobis , vt laudari velimus

in

an id, cui contraria cum maxime facimus. Mitissimum ille se in ipsis suppliciis audit, in rapinis liberalissimum, in ebrietatibus ac libidinibus temperatissimum. Sequitur itaque, ut ideo mutari nolimus, quia nos optimos esse credimus. Alexander quum iam in India vagaretur, et gentes ne finitimiis quidem sati notas, bello vastaret; in obsidione cuiusdam vrbis dum circumit muros, et dum imbecillissima mœnium querit, sagitta iectus diu perfedere, et incepta agere perseuerauit. Deinde quum represso sanguine, siccii vulneris dolor cresceret, et crus equo suspensum paullatim obtorpuisset, coactus absistere; *omnes*, inquit, *iurant me Louis esse filium*

G 5 lium

lum ; sed vulnus hoc hominem
esse me clamat : idem nos fa-
ciamus : quum pro sua quem-
que portione adulatio infatuat,
dicamus : vos quidem me di-
citis prudentem esse : ego au-
tem video , quam multa no-
citura optem. Ne hoc quidem
intelligo , quod animalibus fa-
tietas monstrat, quis cibo, quis
potioni modus, quantum capiam,
adhuc nescio.

CAPVT

C A P V T

XXXIII.

DE
ABOMINANDO EBRIETATIS
VITIO.

Quam turpe est plus sibi inge-
rere , quam capiat , et stomachi Epipl.
LXXXIII.
sui non nosse mensuram : quam
multa ebrii faciant , quibus so-
brii erubescant : nihil aliud esse
ebrietatem , quam voluntariam
insaniam . Refer Alexandri Ma-
cedonis exemplum , qui Clitum
carissimum sibi ac fidelissimum
inter epulas transfodit , et in-
tellecto facinore mori voluit .
Omne vitium ebrietas et incen-
dit et detegit : obstantem malis
conatibus verecundiam remouet .

Vbi

Vbi possedit animum nimia vis
vini, quidquid mali latebat,
emergit. Tunc petulans non
manum continet. Crescit insol-
lenti superbia, crudelitas saeuo,
malignitas liuido. Omne vitium
detegitur et prodit; adiice illam
ignorationem sui, dubia et pa-
rum explanata verba, incertos
oculos, gradum errantem, ver-
tiginem capitis, testa ipsa mobi-
lia velut aliquo turbine circum-
agente totam domum, stomachi
tormenta, quum efferuescit merum
ac viscera ipsa distendit. Cogita
quas clades ediderit publica ebrie-
tas. Hæc acerrimas gentes, bel-
licosaque hostibus tradidit: hæc
multorum annorum pertinaci bel-
lo defensa mœnia patefecit: hæc
contumacissimos et iugum recu-
fantes,

santes , in alienum egit arbitrium : hæc inuiétos acie mero domuit. Alexandrum tot itinera , tot prælia , tot hiemes , per quas viæta temporum , locorumque difficultate transferat , tot flumina ex ignoto cadentia , tot maria tutum dimiserunt : intemperantia bibendi , et ille Herculaneus ac fatalis scyphus condidit. Quæ gloria est capere multum quum penes te palma fuerit , et propinaciones tuas strati somno , ac vomitantes recusauerint , quum superstes toti conuiuio fueris : quum omnes viceris virtute magnifica , et nemo tam vini capax fuerit ; vinceris a dolio.

CA-

C A P V T
XXXIIII.

ANIMI IMPERIO , CORPORIS
 SERVITIO VTENDVM.

Epiſt.
XXXIIII. Plato ait: neminem Regem non ex seruis esse oriundum, neminem non seruum ex Regibus : omnia ista longa varietas miscuit, et sursum deorsum fortuna versauit. Quis ergo generosus ? ad virtutem bene a natura composi-

Epiſt. LVIII. tus : Nunc ipſe te consule, si nunquam mœſtus es ; nulla ſpes animum tuum futuri exſpectatione follicitat ; ſi per dies no-
 Ætesque par et æqualis animi te-
 nor ereſti et placentis ſibi eſt :
 peruenisti ad humani boni ſum-
 mam. Sed ſi adpetis voluptates :
ſcito

tantum tibi ex sapientia, quantum
ex gaudio deesse. Inter honores
gaudium id est inter sollicitudines
quæris ? Omnes, inquam, illi
tendunt ad gaudium : sed vnde
stable magnumque consequantur,
ignorant. Ille ex conuiuis et lu-
xuria : ille ex ambitione et cir-
cumfusa clientum turba : ille ex
amico, alias ex studiorum libe-
ralium vana ostentatione, et nihil
sonantibus litteris. Omnes istos
oblectamenta fallacia et breuia de-
cipiunt: sicut ebrietas, quæ vnius
horæ hilarem insaniam, longi tem-
poris rædio pensat. Sicut plau-
sus et acclamationis secundæ fa-
uor, qui magna sollicitudine et
partus est et expiandus. Ista quæ
sic petis tanquam datura lætitiam
ac voluptatem, caussæ dolorum
sunt.

CA-

C A P V T
X X X V.

PROFECTVM NOSTRVM IN
ADVERSITATIBVS CRES-
CERE DEBERE.

EPI. LXXI. Si vis beatus esse, si fide bona
vir bonus, sine contemnat te ali-
quis, et te alicui stultum videri
sine, quisquis volet, tibi contu-
meliam faciat, et iniuriam: tu
tamen nihil patieris, si modo te-
cum erit virtus. Quid miraris,
si vri, vulnerari, occidi, alligari
iuuat? luxurioso frugalitas pœ-
na est, pigro supplicii loco labor
est: delicatus miseretur industria;
desidioso studere, torqueri est.
Eodem modo hæc ad quæ omnes
imbecilli sumus, dura atque in-
tole-

toleranda credimus oblii, quam
 multis tormentum sit vino carere,
 aut prima luce excitari. Non
 ista difficultia sunt natura, sed nos
 fluidi et enerues. Magno animo
 de rebus magnis iudicandum est:
 alioqui videbitur illarum vitium
 esse, quod nostrum est: sic quæ-
 dam rectissima, quum in aquam
 demissa sunt, speciem curui præ-
 fractique visentibus reddunt; ma-
 gna pars est profectus: *velle pro-*
ficere. Properemus, ita demum
 vita beneficium erit: alioqui mora
 est et quidem turpis inter fœda
 versantibus. Id agamus, ut
 nostrum omne tempus sit, non
 erit autem, nisi prius nos nostri
 esse cœperimus. Quando con-
 tinget omnibus oppressis adfœdi-
 bus, et sub arbitrium adductis,

H

hanc

hanc vocem emittere : *Vici.*
 Quem vicerim, quæris; non Per-
 fas, nec extrema Medorum, nec
 si quid ultra Dacas bellicosum ia-
 cet; sed auaritiam, ambitionem,
 sed metum mortis, qui viatores
 gentium vicit.

C A P V T
 XXXVI.

VITIOSOS HOMINES HVMA-
 NAM NATVRAM
 EXVERE.

Np. CXXII. Omnia vitia contra naturam pug-
 nant : omnia debitum ordinem
 deserunt. Hoc est luxuriæ pro-
 positum, gaudere peruersis : nec
 tantum discedere a recto, sed
 quam longissime abire : turpis,
 qui

qui alto sole semisomnis iacet,
 cuius vigilia medio die incipit:
 et adhuc multis hoc antelucanum
 est. Sunt qui officia lucis no-
 ñisque peruerunt: nec ante di-
 ducent oculos hesterna graues
 crapula, quam adpetere nox cœ-
 pit. Qualis illorum conditio di-
 citur, quos natura (vt ait Vir-
 gilius) sedibus nostris subditos e
 contrario posuit;

*Norquo ubi primus equis oriens adflavit anhelis
 illis sera rubens accendit lumina vesper.*

Talis horum contraria omni-
 bus non regio, sed vita est. Tam
 infausti ominis, quam nocturnae
 aues sunt, licet in vino vn-
 guentoque tenebras suas exigant,
 licet epulis et in multa quidem
 fercula distinctis totum peruersæ
 vigiliæ tempus diducant: non

H 2 con-

conuiuantur, sed iusta sibi faciunt.
Mortuis certe interdiu parentatur.
Aues, quæ conuiuii comparantur,
vt immotae facile pingueſcant,
in obſcuro continentur:
ita ſine vlla exercitatione iacentibus
tumor pigrum corpus invadit,
& ſuper membra iners
ſagina ſuccreſcit: ita istorum corpora,
qui ſe tenebris dicauerunt,
ſeda viſuntur. Quippe non ſpecioſior illis,
quam morbo pallentibus color eſt:
languidi et euaniidi albent,
et in viuis caro morticina eſt.
Hoc tamen minimum
in illis malorum dixerim: quanto
plus tenebrarum in animo eſt!
ille in ſe stupeſt, ille caligat. Iſti
non videntur tibi contra naturam
viuere, qui commutant cum fe-
minis vſtem? non viuunt contra
na-

naturam, qui hieme concupiscunt
rosam, fomentoque aquarum ca-
lentium et calorum apta imitatio-
ne, bruma lilyum florem vernum
exprimunt? non viuunt contra
naturam, qui pomaria in sum-
mis turribus ferunt? quorum
filiae in tectis domorum ac fasti-
giis nutant? inde ortis radicibus,
quo improbe cacumina egissent?
quum instituerint omnia contra na-
turæ consuetudinem velle, no-
uitissime in totum ab illa descif-
cunt. Lucet, somni tempus est,
quies est: nunc exerceamur, nunc
gestemur, nunc prandeamus; iam
lux proprius accedit: tempus est
cœnæ. Non oportet id facere,
quod populus: res sordida est;
irita ac vulgari via viuere, dies
publicus relinquatur: proprium

nobis ac peculiare mane fiat. Iſti
mihi defunctorum loco sunt.
Quantulum enim a funere absunt,
et quidem acerbo, qui ad faces
et cereos viuunt? cauſſa præci-
pua mihi videtur huius morbi,
vitæ communis fastidium; ideo
tenenda nobis via est, quam na-
tura præscripsit, nec ab illa de-
clinandum; contra illam nitenti-
bus non alia vita est, quam con-
tra aquam remigantibus.

CA.

* (119) *

C A P V T

X X X V I I .

IN QVO CONSISTAT VERA
HOMINIS FELICITAS.

Summum bonum in animo con-
stituamus. Obsolescit, si ab optima
nostrī parte ad pessimam transit, et
transfertur ad sensus, qui agiliores
sunt animalibus mutis. Non est
summa felicitatis nostræ in carne po-
nenda. Bona illa sunt vera, quæ ratio
dat, solida ac semp terna, quæ cade-
re non possunt, nec decrescere qui-
dem aut minui: cetera opinione
bona sunt: et nomen quidem ha-
bent commune cum veris, pro-
prietas n illis boni non est: cete-
rum scimus mancipia nostra esse
non partes, et sint apud nos, sed
ita ut memineris extra nos esse

*Epiſt.
LXXIII*

H 4 Etiam

Etiam si apud nos sint, inter subiecta et humilia numerentur, propter quae nemo se ad tollere debeat: quid enim stultius, quam aliquem eo sibi placere, quod ipse non fecit? omnia ista nobis accedant, non haereant: ut si abducantur; sine villa nostri laceratione descendant. Ut amur illis parce tamquam depositis apud nos, et abituris. Stile
Ep. IVIII bo capta patria, amissis liberis, amissa vxore quum ex incendio publico solus et beatus exiret, interroganti Demetrio, num quid perdidisset, omnia inquit, bona mea mecum sunt. Iustitia, virtus, temperantia, prudentia, si cui, inquit, sua non videntur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est. Miser est, qui se non beatissimum iudicat, licet imperet mundo.

CA-

C A P V T
XXXVIII.

VITIA SERIO TOLLENDĀ AN-
 TEQVAM MORS OBRVAT.

Falsa est hæc sententia: nemo ali- *Ep. XXII.*
 ter, quam quomodo natus est, exit
 e vita : peiores morimur, quam
 nascimur : nostrum illud, non na-
 turæ vitium est ; illa de nobis con-
 queri debet, et dicere : quod hoc
 est ? sine timoribus, sine supersti-
 tione, sine perfidia ceterisque pesti-
 bus vos genui : quales intraftis, exi-
 te. Percepit sapientiam, si quis tam
 securus moritur, quam nascitur.
 Nunc vero trepidamus, quum peri-
 culum accessit : non animus nobis,
 non color constat : lacrimæ nihil
 profuturæ cadunt. Quid est tur-
 pius, quam in ipso limine securi-

H 5 tatis

tatis esse sollicitum? caussa autem hæc est, quod inanes omnium bonorum sumus, quorum in fine vitæ desiderio laboramus. Nemo, quam bene viuat, sed quamdiu, curat, quum omnibus possit contingere, ut bene

Ep. XXIII viuant; ut diu, nulli. Male viuunt, qui semper viuere incipiunt, quia semper illis imperfecta vita est, non potest autem stare paratus ad mortem, qui modo incipit viuere; id agendum est, ut satis vixerimus. Quidam viuere tunc incipiunt, quum desinendum est: si hoc iudicas mirum, adiiciam, quod magis admiraris: quidam ante viuere defecrunt, quam inciperent.



APOPH.

ΑΡΘΡΗΓΜΑΤΑ

CHRISTIANO-

PHILOSOPHICA

Εω

M. Antonini Imperatoris

ac Philosophi libris

ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ

Selecta secundum versionem

Exemplaris Oxonieus de anno

cicloccccc.

CAPUT X.

DE

DEO OPTIMO MAXIMO.

Eorum, quæ mundus comple- *Lib. V. §. 2L*
titur, quod præstantissi-
mum est, colito: hoc est autem il-
lud, quod ceteris omnibus vritur,
quod reliqua omnia administrat.
Inter-

- XII. 28.** Interrogantibus, vbi deos conspicatus, aut vnde esse compertum habens, hos ita veneraris, responsum sit: primo etiam visu percipi possunt. Deinde, animam meam quum nullus vñquam viderim, in honore tamen habeo. Pari igitur ratione et deos, quum eorum potentiam iugiter experiar, propterea et esse **II. 3.** compertum habeo et veneror. Deorum opera prouidentiae plena sunt, nec quæ fortuna fiunt, absque naturæ ope proueniunt, aut sine conexu, implexuque rerum earum, quæ prouidentia dispensantur. Inde profluunt omnia. Mentes omnes, vasis hisce corporeis, et corticibus, et sordibus, Deus denudatas intuetur; sola enim mente sua illas a se se dimanantes, et deriuatas adtingit. Recole tecum, quomodo te haec tenus gesseris erga deos; num quid, quod minus deceat, quidquam vel facto, **V. 31.** manantes, et deriuatas adtingit. Recole tecum, quomodo te haec tenus gesseris erga deos; num quid, quod minus deceat, quidquam vel facto, **X. 8.** vel dicto etiam admiseris. Multum conduceat meminisse deorum, quodque nolunt illi ratione præditos ipsis
ad

adulari, sed similes ipsis fieri. Aut nihil omnino a diis precari aut simpliciter et ingenue precari par est. *V. 7.*
 Curae tibi sit, menti cuncta ambienti consentire, (dicendo) a te omnia sunt, in te omnia consistunt, ad te omnia redeunt. Diis acceptum ferro, quod bonos auos, bonos parentes, bonos præceptores, bonos amicos, bona omnia fere habuerim: Numinis beneficio factum est, ut, quantum ad deos adtinet, ac suggestiones, adiutationes, inspirationes ab ipsis profectas, nihil obstat omnino, quo minus iuxta naturæ præscriptum confessim viuam, nisi ipse tandem in culpa sim, qui deorum submonitiones, et tantum non claras præceptiones neutiquam obseruem: Etenim ista omnia diis adiutoribus indigebant.

CA.

CAPVT II.
DE VITA NATVRAE CONVE-
NIENTER INSTITV-
ENDA.

- I. 9. **A SEXTO** (accepisse agnosco)
 de vita naturæ conuenienter insti-
 III. 9. tuenda cogitationem; postulat autem
 ista, vt nihil temere statuamus, vt
 hominibus beneuoli, deisque obse-
 I. 3. quentes simus: nec a malo patrando
 tantum, sed cogitando etiam conti-
 nere: tum vietu simplici, quique
 ab opulentorum more ac instituto
 abscedat quam longissime, conten-
 III. 16. tum esse: Mentis ductum sequi,
 huic tanquam deo decenter obsequi,
 nihil a veritate alienum proloquen-
 do, nihil a iustitiæ ratione devium
 I. 14. exsequendo: simpliciter viuere et in
 Philosophiæ cultu constanter persi-
 I. 16. stere: Gloriæ inani nihil concedere,
 laboribus ferendis cum libentem,
 tum et adsiduum se dare, in statu
 quoconque sorte contentum esse vul-
 tuque

tuque serenum; nec in diis colendis
 superstitiosum, nec in hominibus,
 aut muneribus, aut blanditiis auram
 captare popularem; sed in rebus
 quibusque sobrium, solidum, nus-
 quam ineptum, aut nouitatis studio-
 sum: virum maturum, consumma-
 tum, adulatio[n]e superiorem, rebus
 et propriis et alienis administra[n]-
 dis idoneum, sincerum, grauem, la- *V. 5.*
 borum tolerantem, voluptatum ab-
 stinentem, forte contentum, pau-
 corum indigum, mitem, liberum,
 luxu alienum, serium, sublimem,
 Faxis, ut, qui in te residet deus, *III. 5.*
 præses sit animantis masculi, ætate
 prouecti. Cura hæc iugiter incum- *II. V.*
 bat tibi, ut quidquid in manibus est,
 strenue peragas, prout Romanum
 (Germanum) virumque decet. *VI. X. 15.*
 derint, norintque homines homi-
 nem verum, qui naturæ conuenien-
 ter viuat. Sin non sustinent, oc-
 cidant; hoc enim satius est, quam
 ita viuere, ut ipsi viuunt, volunt-
 que. Per ea quæ naturæ sunt con- *V. 4.*
 fenta-

sentanea, incedo; donec occum-
bens tandem conquiescam.

CAPVT III.

DE AEQVO ANIMO IN HVIVS VITAE CASIBVS HABENDO.

- X. 25.** Male quis ideo angitur, vel iras-
citur, vel metuit, quod secus quam
ipse velit, aut factum sit, aut fiat,
aut futurum sit eorum quidquam,
quaे ab uniuersi Rectore sunt con-
stituta, qui est ipse lex vnicuique,
- XI. 13.** quod suum est, tribuens. Ipsi dii
videant hominem esse te, qui nihil
quidquam indigne, ægreue ferat,
- V. 27.** qui animum exhibuerit ita iugiter
adfectum, ut rebus sibi destinatis
- VIII. 40.** adquiescat. Aut enim nihil possunt
dii aut possunt. Si nihil possunt,
cur precaris? si possunt, cur non
hoc potius ab eis prece poscis, ne
quid horum cupias, ne quid de
horum ullo anxius sis, quam vt
horum

horum quidquam eueniat, vel non
eueniat? ista ergo deos prece pos-
cere incipias; videbis, quid furu-
rum sit. Aut est necessitas fatalis et *XII. 14.*
ordo inuiolabilis, aut prouidentia
placabilis, aut confusio temeraria et
rectoris orba. Si necessitas inuiola-
bilis; quorsum reniteris? si pro-
videntia quæ placari possit; auxilio
diuino dignum te præsta. Si deni-
que confusio rectoris orba; sat ha-
be, quod in æstu istiusmodi rectri-
cem quandam intra te mentem ha-
bes. De singulis ergo rebus dicen- *III. 11.*
dum est: hoc diuinitus venit; hoc a
fati serie connexa, contextaque, vel
a concursu fortuito istiusmodi. Quan-
ta est hominis potentia, qui quid- *XII. 11.*
quid Deus illi adsignauerit, libens
excipiat! tanquam inde obuenientia, *II. 17.*
vnde venerit ipse; quæ enim dili-
egunt, virtutis nomine veneranda;
quæ homines, cognitionis ratione
sunt amica, sed et modo quodam
miseranda quandoque. Præterea *III. 3.*
ista duo prox reliquis ad manum tibi
I fuit

sint maxime, ad quæ iugiter addendas : alterum, quod res ipsæ animam non adtingunt, sed extrinse-
cū immotæ manent ; molestiæ au-
tem ab opinione sola proueniunt : al-
terum vero, quod vniuersa, quæ
hic vides, mox sint mutanda, nec
futura amplius. Alteratione mun-
III. 7. dus constat, opinione vita. Opinio-
nem tolle, tollitur simul et que-
III. 49. rimonia illa, læsus sum. In opi-
II. 15. nione sita sunt omnia. Promonto-
rii par esto, cui fluctus iugiter quam
adlidantur, ipsum tamen consistit,
vndarumque circumfusum sibi æstum
compescit. Infelicem me, inquit ille,
quod mihi istud contigerit. Immo
felicem me, quod etiamsi contigerit,
nil doleam tamen, nec aut præsentibus
frangar, aut futura reformidi-
dem. Ecquando persuasum habebis
(o anima) cuncta tibi bene se habe-
re, sed et a diis prouenire, bene-
que habitura, quæcunque ipsis con-
cedere visum est, et quæcunque con-
cessuri sunt, vt pote quæ ad salutem
faciunt

faciunt animantis perfecti, probi,
iusti, honesti! Ecquando ita affecta *X. 1.*
futura es, quo cum diis ita verseris,
ut nec eos quidquam insimules, ne-
que ab eis ipsa condemneris!

CAPUT XXX.

DE COERCENDIS PRAVIS ADFFECTIBVS.

SEXTO debeo, quod nec iracun-^{I. 9.}
diæ, nec perturbationis alicuius in-
dicium exhiberem; sed quum adfe-
ctibus immunis prorsus existerem,
ad adfectum genuinum esse tamen
propensissimus. **M**AXIMO, mei ^{I. 15.}
compotem esse, nec vlla in re trans-
uersum abripi; nihil admirari, ad
nihil obstupecere: nusquam per-
plexum, aut deiectum, aut ringi so-
litum: nec rursus iracundiæ, aut
suspicionibus deditum. **P**ræstabilius ^{III. 6.}
nihil offenderis genio in te colloca-
to, quum ita fuerit comparatus, vt
motus suos omnes sibi subiecerit, et

I 2 a sen.

a sensuum affectionibus, quod Socrates dicebat, sese abstraxerit: diis autem se regendum permiserit: quod
III. 4. hominem præstat intaminatum voluptatibus, dolore omni illæsum, contumelia intactum; certaminis præstantissimi, ne ab affectu scilicet ullo
II. 6. subvertatur, athletam. Contumelia se adficit anima humana, quum vole
V. 26. luptati vel dolori succumbit. Quæ principatum ac dominatum obtinet pars animæ, immota maneat, et
III. 3. coereat affectiones. Liber esto, resque ipsas intuere ut vir, ut homo,
XII. 19. ut ciuis, ut animal mortale. Sentias tandem aliquando, aliquid esse in te præstantius, ac diuinius eis, quæ
III. 3. affectus in te excitant. Gloriolæ cupido forsitan te torquet, cogita, quam cito obliuione sepeliantur omnia, quamque vastum chaos infiniti æui utrumque consistat; quam angusto denique spatio laus ista terminetur. Siquidem et terra tota puncti instar habet; huiusque ipsius an
VI. 30. gulus quam exiguus incolitur? Itaque

que serua te simplicem, bonum, integrum, grauem, serium, iusti amantem, pium, placidum, adfectu genuino præditum, in officio præstanto strenuum. Contende, talis ut persistas, qualem facere te philosophia volebat.

C A L V T V.

DE AMORE ET CVRA ERGA ALIOS HABENDA.

Quomodo se habent in continuis VII. 13. corporis membra; eodem se habent in diffisis, quæ ratione sunt prædicta, quum ad mutuas rei eiusdem conficiendæ operas conferendas nata sint vtraque. Consideratio hæc animum tuum magis adtinget, si te frequenter sic adlocutus fueris: membrum sum ego compagis istius, quæ ex ratione præditis componitur. Sin partem dumtaxat esse te dixeris, homines ex animo nondum diligis. Quibuscum viuere sortitus es homines VI. 39.

I 3 nes,

nes, eos idque veraciter fac dili-
VII. 55. gas. In hominis natura primum
 ac præcipuum est, societatem co-
VIII. 59. lere. Homines alter alterius cau-
 sa nati sumus. Itaque aut doce,
II. 1. aut sustine. Ad mutuas operas na-
 ti sumus, quo modo pedes, ma-
 nus, palpebræ, dentium superio-
VI. 7. rum inferiorumque ordines. Hoc
 vno te oblecta, in eoque adquies-
 ce, vt ab vna, quæ communitatem
 inuas, actione ad aliam transeas,
III. 4. numinis memor. Naturæ ipsius
 humanae ratio ab vno quoque hoc
 exigit, vt hominum quorumuis cu-
VIII. 42. ram habeat. Homo quum ad be-
 nefaciendum natus sit, vbi benefi-
 cium quidpiam, aut quod in com-
 mune conducat, egerit, illud fecit,
 ad quod conditus est, et quod
VI. 44. suum est, obtinuit. Ciuitas et
 patria, qua Antoninus, Roma;
 qua homo, mundus. Hisce ci-
 uitatibus, quæ utilia, et mihi sunt
X. 6. bona. Igitur nihil facturus sum,
 quod communionis ius violet: sed
 cognata

cognatorum potius rationem habebō,
omnemque conatum meum ad id
dirigam, quod in commune vñquam
conducat, et ab eo, quod est huic
contrarium, abstinebo.

CAPVT VI.

DE SVFFERENDIS PRAVO- RVM MORIBVS.

Vbi te alii vituperauerint, vel ode- *VIII. 27.*
rint, vel eiusmodi aliquid oblocuti
fuerint; bene velle tamen illis opor-
tet: sunt enim natura amici: quia
et dii ipsi omnimodam illis opem
ferunt. Hominis est etiam eos, qui *VII. 22.*
offendunt, diligere. Peccantem, si *IX. 11.*
potes, meliora doceto. Si minus;
memineris, hoc sine clementiam tibi
datam esse; nam et dii ipsi aduersus
tales clementer se gerunt: in qui-
busdam etiam opem eis porrigunt
suam, ad sanitatem nempe, diuitias,
gloriam consequendam. Mane præ- *II. 1.*
dicere memento tibi: hodie futurum
est,

est, ut rem habeam cum curioso aliquo, ingrato, proteruo, doloso, inuido, illiberali: Obueniunt illis ista omnia a bonorum, malorumque inficitia. Ego vero, quum et naturam boni norim, quod honestum, malique, quod dishonestum sit, nec laedi posse me ab horum villo compertum habeo, nec succensere congeneri possum, eumue odif-

III. 3. se. Equid est, quod ægre ferre debeas? numquid hominum improbitatem? perpendens tecum dogma illud, homines, alterum alterius caussa natos esse: æquanimitatem esse iustitiae portionem; porro iniuitos delinquere: denique quam multi, vbi inimiciis exercendis, suspicionibus souendis, odiis, litigiis vitam exegissent, tandem defuncti, et in cineres redacti sint.

VII. 22. Succurrat tibi, cum esse tibi cognatos, tum infios iniuitosque peccare: ad haec, paullo post virosque vestrum morti concessuros; præ omnibus denique, nihil eos te læsisse:
neque

neque enim mentem tuam deteriore-
rem facere possunt, quam prius
fuerat: perpende quoque tecum, an **X. 30.**
non ipse eiusmodi aliquid pecces:
puta, argentum in bonis habendo,
vel voluptatem, vel gloriolam, vel
aliud istiusmodi. Optimus iniu- **VI. 6.**
riam vlciscendi modus est, inferen-
ti ne sis similis. Vnicum istic est, **VI. 47.**
quod sit plurimi faciendum, vt ve-
ritatem iustitiamque colens ipse, cum
mendacibus, iniustisque beneuole-
degas.

IS CA-

CAPVT VII.DE
RERVM HUMANARVM
VANITATE.

- X.** 31. **H**umana omnia fumus ac nihil sunt,
III. 33. euanida sunt omnia, citoque fabula-
rum instar obtinent, mera vanitas,
III. 27. fumus sunt, et cinis, et fabula, vel
V. 10. ne fabula quidem : quam caduca,
 quam vilia sunt, quæ etiam cinædo,
 scorto, latroni in possessionem cede-
II. 12. re possunt : quam velociter euanesc-
 ent omnia, in mundo corpora, in
 æno eorundem etiam memoria, cu-
 ius modi sunt omnia, quæ sub sen-
 sum cadunt, horumque ei maxime,
 quæ vel voluptate allici nt, vel do-
 lore percellunt, vel cum fastu cele-
 brantur : quam vilia, contemnenda,
 quam sordida, caduca, mortua sunt !
II. 17. Vitæ humanæ tempus punctum est:
 natura fluxa : sensus obscurus : cor-
 poris vniuersi fabrica putrescere pro-
 na : anima vaga : fortuna res im-
 per-

perscrutabilis : fama quiddam iudi-
 cii expers : et vt verbo dicam, om-
 nia corporis quidem fluuius, animæ
 vero somnium et fumus : vita mi-
 litia et hospitis in peregrino mora:
 fama posthuma obliuio mera. Flu- *IV. 43.*
 men quoddam et torrens rapidus est
 æuum : simul enim atque compar-
 uerit quidquam, abripitur ; et aliud
 quidem abripitur : illud vero denuo
 inferetur : per mundi substantiam *VII. 19.*
 tanquam per torrentem , corpora
 transeunt vniuersa. Quot Chrysip-
 pos , quot Socrates , quot Epicetos
 iam dudum absorpsit æuum istud ?
 exiguum omnino intercedit spatium ; *IV. 50.*
 idque per quot molestias, cum quibus
 hominibus, in quali corpusculo exant-
 latum ? ne ergo pro re momenti
 alicuius habeto ; si enim æui præ-
 teriti immensitatē adverteris , et
 futuri itidem infinitatē, quid tan-
 dem distabit, triduanus qui fuerit ab
 eo, qui secula tria transegerit. Sæ- *V. 23.*
 pe cogita, quanta cum celeritate abri-
 plantur et subtrahantur, quæ sunt,
 fiunt-

fiuntque vniuersa ; est enim rerum natura instar fluuii cuiusdam, qui in iugi sit fluxu : effectiones vero mutationibus continuis, et caussæ ipsæ conuerzionibus innumeris subiacent : nec, quod consistat, fere quidquam est. Cogita itidem vastum istud utrumque adiacens præteriti ac futuri temporis immensum,

V. 33. quo conduntur vniuersa. Cinis iam iam futurus es, aut ossa nuda ; non menque tantum, vel ne nomen quidem tui superfuturum est : crux est, et officula, et reticulum, ex nervis,

II. 2. III. 48. venulis, arteriisque contextum. Horum summa huc redit, vt humana omnia semper sic adspicias, tanquam quæ diurna et vilia sint.

CA.

CAPVT VIII.

DE

MEDITATIONE MORTIS.

Cogita tecum breui fore, vt nec XII. 21.
 ipse ullus usquam futurus sis, nec
 quidquam eorum, quæ vides, nec
 horum quisquam, qui nunc viuunt.
 Non distrahere amplius: sed, tan- II. 2.
 quam, qui iam statim moriturus es,
 carnes istas contemnas, noli fatum
 vel præsens inique ferre, vel futu-
 rum pauere. Aduerte præscriptum II. 4.
 tibi esse temporis terminum, ad III. 16.
 quem par est, accedere purum, pa-
 catum, promptum, sponte sua
 fato suo se se accommodantem. Co- XII. 7.
 gitá, qualem cum corpore, tum ani-
 ma a morte deprehendi oporteat:
 vitæ etiam huius breuitatem; ma-
 teriæ denique cuiusque imbecillita-
 tem, momentaneam esse vitam hu- XI. 18.
 manam, omnesque nos breui com-
 ponendos fore. Istud iugiter co- VI. 47.
 gitá, omnis generis, omniumque
 tam studiorum, quam & nationum
 homi-

homines , mortem obiisse. Descende hoc modo usque ad Philistionem , Phœbum , Origanionem . Tum ad alias classes te transfer ; eo nimis rum nos concedere oportet , quo tot Oratores diserti , tot Philosophi verendi , Heraclitus , Pythagoras , Socrates : tot Heroes prisci , tot hos secuti Imperatores , tyranni : Eudoxus insuper , Hipparchus , Archimedes : alia acuta , sublimia , industria , versuta , adrogantia ingenia .

- II. 12. Facultatis rationalis est considerare , quid sit ipsum mori : quodque si quis rem per se intueatur , cogitationeque submouerit ea omnia , quibus tanquam larvis horrendis instructa imaginationi nostræ se obiicit , nihil esse aliud comperiet , quam opus naturæ ; opus autem naturæ nullum quisquis expauescit , puer est : quoque pacto habitura se sit pars VII. 50. ista , vbi corpore soluta fuerit : retroque meant , que terra dedit , iterum ad terram ; at quod ab æterebo venerat ortu , cœlestè poli repetit tempulum .

plum. Horam nouissimam cogita. VII. 29.
Tanquam vitæ tuæ nouissimam actio- II. 5.
nem vnamquamque peregeris. Quo- V. 29.
modo viuere cogitas, vita mox exces-
surus, eodem, si volueris, viuere iam
licet. In huiusmodi caligine ac V. 10.
forde, tantoque materiæ, tempo-
ris, motuum, rerumque motarum
fluxu nihil possum communisci, quod
æstimatione, studioue dignum vi-
deatur; contra potius solari se quem-
que paz fuerit, dissolutionem sui na-
turealem opperiendo, moramque in-
terea haud grauate ferendo.

FINIS APOPHTEGMATVM

M. ANTONINI.



15/1516

vd18

ULB Halle
006 304 443

3







SENECA

*CHRISTIANVS
Ad Exemplar Campidonense;*

*ET
ACCESSERVNT APOPHTHEGMATA*

EX

MARCI AVRELII ANTONINI

L I B R I S

T Q N E I Z E A Y T O N .



*AVGVSTAE TREVIORVM
TYPIS ESCHERMANNIANIS.
cclcxviii.*